Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon pharmaceutico-chymicvm

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

O

urn:nbn:de:bsz:31-127465

Visual Library

aciditate deſtillando evehatur. Hoc ſi cum terra foliata ♀ri conjungatur, majores acquirit vires diureticas & aperitivas. *Vid. corp. ph. p. 332. b.*

## Nitrum Vitriolatum *Minſichti.*

℞. *Nitri præp.* p. j. *Spir. Vitrioli rectiſ.* p. ij. Miſc. & deſtilla per retortam ſecundum gradus, primùm leni, deinde fortiori igne, donec tandem retorta candeſcat, & cum nil ſpiritûs aſcendit amplius refrigeſcat paulatim, & ſic in fundo pulvis remanet niveus, qui acredinem ſuam corroſivam ferè amiſit. Huic *Spiritus Vitrioli recentis* tantum affunde, quantum ad ſolutionem ejus perfectam ſufficiens, dein per chartam emporeticam filtra, & ad medietatem uſque evaporare ſine; & tunc demùm loco frigido infer, ad cryſtallandum. Hos cryſtallos exime, ſicca, & ab uſum reſerva. Et ſic verum habes nitrum vitriolatum, quod etiam à chymiatris quibuſdam *Spiritus vitrioli coagulatus* appellatur.

Eandem virtutem & operationem, quam Spiritus vitrioli, exempto, quod magis refrigeret, vimque Diureticam majorem habeat, in tingendo etiam idem, quod ille, præſtet. *Vid. corp. ph. p. 333. b.*

# O.

## Oleum Abſinthii *P. A. R.*

℞. *Ol. Oliv.* ℔iij. *Comarum abſinthii Pontici recentis* contuſarum ℔j. *Roſarum rubr.* ℥ß. Macerentur per triduum in loco calido, deinde coquantur, uſque dum prunis injectum non amplius ſtrepat oleum, quod colatum ſervetur.

Calefacit & roborat, præſertim ventriculum; appetitum excitat, obſtructiones aperit, lumbricos necat, & ventriculi flatus diſſipat. *Vid. corp. ph. p. 120. b.*

Oleum

## Oleum Abſinthii *Pharmacopœæ Amſtelodam. & Hagienſis.*

℞. *Comarum abſinthii virentis* inciſarum, & contuſarum ℥iiij. *Ol. Omphacini* ℔iij. Macerentur per xv. dies, in nimbo vitreo ad ſolem, vel loco calido, ter repetendo comarum infuſionem & ultima infuſio in *Succi abſinthii* ℥iiij. Coquantur leviter ad ſucci conſumptionem. Vid. corp. ph. p. 120. b.

## Oleum Abſinthii *Zvvelfferi.*

℞. *Ol. Oliv. recent.* ℔ ij. huic immergantur *ſummit. ſeu Comarum abſinthii noſtr. & recent.* minutim inciſ. ana ℥viij. Facta maceratione loco calido, in vitro probe clauſo, die una, fiat poſt colatura cum expreſſione forti, Oleo expreſſo denuò *Comarum abſinthii recent.* minutim conſciſſarum ℥viij. infundantur, digerantur in calore die uno atque altero, factâ iteratâ colaturâ, & forti expreſſione. Repetatur tertiò eadem recentis abſinthii infuſio & maceratio. Quibus peractis, coletur, & exprimatur fortiter oleum; reſideant, deinde omnia in vitro probè munito, ut, ſi quæ impuritas, liquor & humiditas ſuperſit, (quanquam modicum reſidebit,) per inclinationem, aut decantationem ſegregari poſſit, oleumque defœcatum, atque purum, uſui deſtinari.

Hoc oleum frigidis affectibus ventriculi conducit, Hepati auxiliatur, repetita inunctione adhibitum: Lumbricos enecat, & arcet, ad umbilici regionem illitum: Carminativum eſt, ac Colicos dolores demulcet, quos frigidior cauſa fovet, ubi Clyſteribus immiſcueris. Vid. corp. ph. p. 121. b.

## Oleum Acoviſticum Ambratum *Minſichti.*

℞. *Ol. Amygdalar. amar.* ℥iiij. *Nardini comp. Lilior. alb.*

an. ℥ij. *Succ. Origani, Majoran. Rutæ, Porri, Raphani, Ceparum*, an. ℥j. Mixta coquantur ad ſuccorum conſumtionem, poſtea oleo colato adde: Spir. vin. mille pedibus prius imprægnati, *Aceti vini acerr.* an. ℥ß. *Ambræ gryſeæ, flor. Serpilli, Bacc. Sabinæ, Sem. Cymini, Macis*, an. ʒj. *Cubebarum, Hellebori alb. Maſtichis, Ladani, Styrac. calam.* an. ʒß. *Caſtorei veri, Piperis long. Croci or. Nitri præp.* an. ℈j. Omnia per ſe pulveriſata, & diligenter conquaſſata denuò in B. aquæ magnificè bullientis ad conſumtionem humiditatis coquantur, permittendo refrigerari, poſtea oleo expreſſo & bene colato immiſce: *Ol. formicarum, Aniſi* an. ʒj. *Galliæ Moſchat.* ſubtiliſſimè pulveriſat. ℈j. Miſc. & ad uſum repone.

Contra ſurditatem & gravitatem auditus, nec non tinnitum ab humore & vapore, vel etiam à flatibus expertiſſimum eſt. Aurium etiam dolores ſiſtit. Apoſtemata rumpit, & ulcera manantia curat. Uſus eſt, ut aliquot guttæ in aures manè & veſperi ſtillentur, claudendo cottone moſchato: ſic tribus aut quatuor diebus ſæpè auribus medetur. Vid. corp. ph. p. 107. b.

## Oleum Anagallidis *P. A. R.*

Oleum Anagallidis paratur ut oleum Abrotani. Præſentaneum prædicatur remedium variis puerorum doloribus in infimo ventre exſuſcitatis à flatulentis, ſabuloſis, bilioſis & pituitoſis contentis conveniens, ſive Enematibus admiſtum injiciatur, ſive exteriùs applicetur. Vid. corp. ph. p. 108. b.

## Oleum Anethi.

Fit ex floribus & foliis anethi, ac oleo claro, eodem modo, quo oleum Abrotani.

Eſt anodynum, hinc defluxionibus à capite, ad par-

partes inferiores conducibile eſt; roborat nervos, reſolvit, attenuat craſſos, viſcidoſque nervis impactos humores, calefacit moderatè, & emollit; Colicos dolores ſedat, cum externè umbilico inunctum, tum Clyſteribus quoque admixtum. Vid. corp. ph. p. 103. b.

## Oleum Aranearum Mindereri *P. A. R.*

℞. *Ol. nymph. lumbr. terr.* ana ℥vj. *hyperici* ℥ij. *fol. rut. rec. flor. ſamb. rec.* ana miß. *acet. roſ. calend.* ana ℥iij. *aranear.* craſſ. & magn. no. 40. decoq. omnia ad humiditatis conſumt. colentur & exprim. in hoc colato rurſus infundantur *araneæ* craſſæ no. 25. ac addatur *camph. cum ſpir. roſ. dilut.* ʒß. diger. & repon. ad uſum, proderit hoc oleum ad inunctionem regionis cordis & arteriar. in febre maligna petechiali ad venenum evocandum. Vid. corp. ph. p. 99. b.

## Oleum Balſami *Minſichti.*

℞. *Ol. olivar.* ℔j. *hyperici bacc. lauri* ana ℥j. *gran. junip. petræ* ana ʒß. *lign. rhod. ſpicæ* ana ʒij. *ſem. angel. aniſi* ana ʒj. *Tereb. cypr. in aq. viol. lot.* ℔ß. M. & cum ſ. q. *rad. anchuſæ* f. l. a. oleum ſeu balſamum rubicundum. Vid. corp. ph. p. 116. b.

## Oleum Benedictum *Londinenſe.*

℞. *Rad. cardb. valerian.* ana ℥j. *fl. hyper.* ℥ij. *trit. puri* ℥iß. macer. in *vin. alb.* adde *ol. vetuſtiſſ.* ℥iv. coq. ad vin. conſ. col. adde *tereb. cypr.* ℥viij. *thur.* ℥ij. M. ſ. a.

## Oleum de Capparibus *P. A. R.*

℞. *Cortic. rad. Capparum* ℥j. *Tamariſci, flor. Tamariſci, Seminis agni caſti, Ceterach. Cyperi,* an. ʒij. *Rutæ* ʒj. Trita & cum aceto irrigata, cum olei olivarum ℔j. coquantur ad humiditatis aqueæ conſumtionem, colentur & exprimantur.

Lienis tumoribus duris, ſcirrhoſis, ejuſque obſtructionibus medetur. Vid. corp. ph. p. 117. b.

## Oleum de Capparibus *Pharmacopœæ Amſtelodam. Ultrajectinæ & Hagienſis.*

℞. *Cortic. rad. Capparum* ℥j. *Tamariſci, rad. Cyperi, fol. Scolopendrii* ſeu *Ceterach. Tamariſci, Rutæ, Sem. Agni caſti*, an. ʒij. Contuſa omnia macerentur in *Aceti vini, Vini opt.* ana ℥ij. *Ol. Oliv. maturi* ℔j. Omnibus tepentibus per dies duos; dein coquantur in vaſe duplici, donec acetum & vinum evaporarit, omnibus fortiter expreſſis, ad uſum ſervetur oleum. Vid. corp. ph. p. 117. b.

## Oleum de Capparibus *Hepaticum & Spleneticum Zwelff.*

℞. *Capparum recent.* aut ſi tales deſint ſale condit. ℥v. *Cort. rad. Capparum* cum vino humectatorum ℥j. *Herb. rec. Tamariſci cum cortic. Verbenæ floreſcent.* an. ℥iiß. *Ceterach.* ℥iß. *Flor. recent. Nicotianæ* ℥ij. *Flor. roſar. rubr. recent.* ℥iiß. *Salis Ammoniaci ſublimati cum chalybe* ℥ß. Hæc omnia, inciſis, quæ incidenda ſunt, infundantur & immergantur in *Ol. Olivarum recent.* & puri ℔ij. Digerantur aliquamdiu, poſtea coquantur leniter ad humiditatis exhalationem, (quia nihil ſpirituoſi, aut ſulfurei ineſt, præter pauciſſimum quid, à Roſis, quarum tamen hic virtus roborativa, non odor, deſideratur. Fiat poſt colatura cum forti expreſſione; oleo verò expreſſo, porrò adde *pulv. Gumm. Ammoniaci* ℥iß. *Camphoræ* ʒß. Facta denuò brevi digeſtione, tandem coletur oleum, & uſui aſſervetur. Obſtructionibus hypochondriorum externâ ejus inunctione perquàm utile eſt: Hepatis & Lienis duritiem reſolvit, & flatus diſcutit. Vid. corp. ph. p. 118. b.

## Oleum Carminativum Anti-Colicum *Zvvelfferi.*

℞. *Olei olivarum recent.* ℔j. cui immergantur ſequentia craſſiuſcule incila & contuſa: utpote *Herb. recent. Anethi cum ſummit. Roriſmarini, Menthæ criſpæ, Pulegii floreſcent.* ana ℥iiß. *Flor. Chamomillæ recent.* ℥iiij. *Cortic. Arantior. recent. extim.* an. ℥iß. *Baccar. lauri recent. Juniperi virid.* an. ℥j. *Sem. Carvi, Coriandri, Aniſi,* an. ʒvj. *Opii Thebaici* ʒij. Stent in infuſione die una, factaque poſt una atque altera ebullitione, in alembico vitreo, ſuo capitello munito, (ut id quod ebulliendo tranſit, reaffundi poſſit,) colentur, dum adhuc parum calent, & exprimantur ſpecies fortiter: Oleo expreſſo adde, & in oleo liquefac leniſſimo calore *Camphoræ* ʒvj. *Ol. Still. Carvi, Fœniculi,* an. ʒij. Miſceantur & ſerventur pro interno æque ac externo uſu. Verum anodynum & Carminativum oleum. Vid. corp. ph. p. 109. b.

## Oleum de Caſtoreo Jacobi de Manliis *P. A. R.*

℞. *Caſtorii, Styracis calamitæ, Galbani, Euphorbii, Caſſiæ ligneæ veræ, Croci, Opopanacis, Cubebarum, Spicæ nardi indicæ, Coſti,* ana ʒij. *Cyperi, Schœnanthi, Piperis longi, nigri, Sabinæ Pyrethri,* ana ʒiiß. *Olei* ℔iij. Omnia calore arenæ conjunctim digerantur vaſe clauſo. Poſtea colentur. Valet ad omnes nervorum & Cerebri affectus frigidos, tetanum, convulſionem, tremorem, ac paralyſin, rigoreſque febriles ſedat, ſpinæ dorſi illitum. Vid. corp. ph. p. 112. b.

## Oleum de Caſtoreo *Pharm. Amſtelod. & Ultrajectin.*

℞. *Caſtorei, Styracis calamitæ, Galbani, Opopanacis,* Eu-

*Euphorbii, Caſſiæ ligneæ, Rad. Coſti, Cyperi, Pyrethri, Spicæ nardi Indicæ, florum Sabinæ, Croci, Schœnanthi, Cubebarum, Piperis longi, nigri*, ana ʒij. *Olei* ℔iij. *Vini generoſi* ℔ij. Terendis tritis, macerentur omnia ſimul in vino per diem naturalem, tùm coquantur, cum oleo in diplomate ad conſumptionem vini, colentur & exprimantur. *Vid. corp. ph. p.* 112. *b.*

## Oleum de Caſtoreo *Pharm. Hagienſis.*

℞. *Caſtorei pinguis mollis*, à pelliculis mundati ℥j. *Olei olivarum maturi veteris* ℔j. *Vini albi generoſi* ℥iij. Bulliant in diplomate ad vini conſumptionem, dein reponantur non colata ad uſum. *Vid. corp. ph. p.* 112. *b.*

## Oleum de Caſtoreo *Zvvelff.*

℞. *Olei puri & recentis olivarum* ℔ij. Huic immergantur ſequentia inciſa & contuſa: *Caſtorei pinguis recent.* ℥j. *Rad. Pyrethri* ʒß. *Herb. recent. roriſmarini, Sabinæ, Salviæ*, ana ʒiß. *Cubebarum, Piperis longi*, ana ℈vj. *Caryophyllor.* ʒß. *Croci opt.* ℈ij. *Styracis calam.* ʒj. *Opopanacis, Galbani*, ana ʒß. Facta maceratione breviſſima die circiter una, additaque duntaxat *vini albi* ℥j. vel ij. fiat in alembico vitreo, ſuo capitello munito, una atque altera ebullitio; id autem, quod ebulliendo tranſit, reaffundatur oleo; coletur, dum omnia paulisper refrixerint, & exigua humiditas adjuncta, prægreſſa aliquali digeſtione, per reſidentiam tandem, decantationem, aut filtrum, uti ſupra notatum, ſeparetur; addendo ultimò *Olei Lavendulæ ſtill.* ℈iß. Servetur uſui hoc præſtans oleum, ad omnes nervorum & cerebri frigidos affectus, convulſiones, Tetanum, Tremorem, & Para-

Paralyſin; contra Atrophiam, & Maraſmum perquam utile accidit. *Vid. corp. ph. p.* 113. *b.*

## Oleum Chamæmelinum.

*Fit ex floribus Chamæmeli recentibus*; & *oleo claro*, ut oleum de Abrotano. Oleum hoc eſt carminativum, flatus diſcutit & reſolvit. *Vid. corp. ph. p.* 208. *b.*

## Oleum Cheyrinum *Meſuæ*.

*Fit ex Leucoiis luteis*, hoc eſt, *ex Cheyris citrinis & oleo claro*, ad modum præcedentis olei chamomillæ &c. Attenuat, lenit, & digerit, dolores ex flatibus ex materia pituitoſa & frigida mitigat, ventriſque torminibus ſuccurrit, nervorum & juncturarum dolores levat. &c. *Vid. corp. ph. p.* 125. *b.*

## Oleum de Croco *Meſuæ P. A. V.*

℞. *Croci* ℥ß. *Myrrhæ electæ* ʒii. *Cardamomi* ʒiiiiß. *Olei* ℥ix. Digerantur omnia leni calore, colentur & exprimantur.

Nervos ac uterum roborat, eorum dolorem ſedat, convulſionique & uteri noxis confert. *Vid. corp. ph. p.* 124. *b.*

## Oleum Crocinum *pro Emplaſtro de Ranis* *Pharm. Amſtelod. & Hagienſ.*

℞. *Croci Anglici, Cardamomi, Rad. Acori*, an. ℥j. *Myrrhæ el.* ℥ß. Macerentur omnia ſex diebus *in aceto acerrimo*, deinde addit. *Ol. Oliv. Maturi* ℔iß. Coquantur lento igne ad aceti conſumtionem, colentur, exprimantur & ad uſum reponantur. *Vid. corp. ph. p.* 125. *b.*

## Oleum Sabinæ Crocinum *Minſichti.*

℞. *Ol. Still. Sabinæ* ℥iii. *Croci orient.* ʒiii. Miſc. & affunde *Spir. vini ſuper Artemiſ. Centaur. min.* &

*Cinamom. rectif.* ℥iij. Coq. ad Spiritus conſumtionem, poſtea ſepara oleum & ad uſum reſerva.

Ad cienda muliebria probatiſſimum. Doſis manè & veſperi à gutt. v. ad vj. & vij. in aqua Artemiſiæ, Pulegii, &c. *Vid. corp. ph. p. 125. b.*

## Oleum Diacolocynthidos P. A. R.

℞. *Ol. abſ. rut.* an. ℥j. *fell. bubul. agnini* an. ℥ß. *pulp. coloc. hell. nig.* an. ʒij. coq. ad humid. aq. conſ. & col. alvum obſtr. ſolvit & vermes necat. *Vid. corp. ph. p.* 118. b.

## Oleum Catellorum *Londin.*

℞. *Ol. oliv.* ℔iv. *catell. nuper. nat.* no. ij. *verm. terr. vin. alb. lot.* ℔j. coq. ſ. a. expr. adde *tereb. cypr.* ℥iij. *ſp. vin.* ʒj. M. ſ. a.

## Oleum Coſtinum *Meſue.*

℞. *Coſti amar.* ℥ij. *caſſ. lign.* ℥j. *ſummit. ſampſuchi ſeu majoranæ* ℥viij. *vini* ℔ij. *ol. ſeſam.* ℔iij. macer. p. 2. d. dein coq. ad vin. conſ. Vid. corp. ph. p. 116. b.

## Oleum Epilepticum *ex Th. Hoffm.*

℞. *Rad. ariſt. long. rec. mund.* ℥j. *caſtor. euphorb.* an. ʒj. *ol. olivar.* ℥iv. *rad. ariſt.* inciſ. prius cum ol. oliv. coq. & demum reliqua addenda invicem mixta tecta operculo coq. & demum per lint. col. *Vid. corp. ph. p.* 113. b.

## Oleum Exceſtrenſe *Londinenſe.*

℞. *Herb. abſ. cent. min. eupat. fœnic. lauri hyſſ. majoran. meliſſ. nepeth. puleg. ſabin. ſalv. thym.* an. ℥iv. *abrot. beton. chamæp. lavend.* an. ℥vi. *roriſmar.* ℔j. *fl. chamæm. geniſt. lil. alb. ſamb. ſem. cumin. fœnugr. rad. elleb. alb. nigr. cort. frax. limon.* an. ℥iv. *euphorb. ſinap. caſtor. pyrethr.* an. ℥j. *vini* ℔iij. *ol. oliv.* ℔xvj. dig. & coq. ſ. a.

## Oleum ex Euphorbio *Meſuæ P. A. V.*

℞. *Euphorbii triti* ℥ß. *Olei cheyrini* ℥v. Coquantur & colentur. In frigidis cerebri noxis, hemicrania, cephalalgia, & lethargo adhibetur; Epiſpaſticis medicaminibus utiliter admiſcetur; alopecias & capillorum defluvia ſanat, in coxæ aliorumque articulorum doloribus inveteratis, laudatiſſimum remedium; aſt cautè, & non niſi vehementer frigidis vitiis adhibendum. Vid. corp. ph. p. 113. b.

## Oleum Febrifugum *Strobelbergi ex Schr.*

℞. *Ol. Nymphea* unius ſaltem anni, *Lumbricor. Roſar. Hyperic. Amygdal. am.* an. ℥j. Mixtis impone *Scorpiones vivos* N. ix. Exponantur ſoli, (paretur ſi poſſibile in ingreſſu ☉ in ſignum Scorp. vel cancr.) donec moriantur Scorpiones, tunc etiam adde *Theriac. Andr. opt.* ℥ß. Relinquantur inſolati per ♉ 14.

Eaſdem vires cum aliis Scorpionum oleis Lib. 5. deſcriptis obtinet. Imprimis tamen inſervit Emplaſtro febrifugo conficiendo *Vid. corp. ph. p.* 109. b.

## Oleum Hirundinum *Londinenſe.*

℞. *Hirund. integr.* no. xvj. *chamæm. rut. plant. maj. min. fol. lauri puleg. aneth. hyſſopi roriſm. ſalv. hyper. balſamit.* an. mj. *ol. comm.* ℔iv. *vin. hiſp.* ℔j. conf. ſ. a. ol.

## Oleum Hyperici *D. Fauſti.*

℞. *Olei ex reſina abietina deſtillati*, & cum ♆ rectificati ℔ß. *Flor. Hyperici rec.* m. vj. extrahe Tincturam in BV. & erit præſtantiſſimum Balſamum vulnerarium ad contuſa & gelu peruſta membra.

Ole-

## Oleum Hyperici compoſitum *ſive Balſamus Hyperici Georg. Colleri à* Rabenſtein *ex Schrœd.*

℞. *Ol. Hyperic. opt.* ℔i. *Vini generoſ.* ſextar. tres, *Ol. Therebinth. Laterin. Lumbricor.* an. ℥ij. *Ceræ* ℥j. *Pinguedin. human. deſtillat. Ol. de medulla (hom. vel Cerv.) deſtill.* an. ℥iii. *Theriac. Andr. Mithridat.* an. ʒi. *Viſc. querc. Til. Coryli* an. M.j. *Fol. Perſicar. acut. Murar. Pyrol.* an. M. iii. *Flor. Anthirrin.* M. viii. *Hyperic.* M. vi. *Verbaſc.* M. ii. *Betonic. Centaur. min. Prunell. Conſolid. aureæ, Ptarmic. Auſtriacæ, Chelidon.* an. M. i. *Sem. Antirrhin.* ℥ß. *Hyperic.* ℥iß. *Rad. Dracuncul. maculat. Ariſtoloch. rot. Symphyt.* an. Mß. *Scrophular. fabariæ ſ. craſſul. maj.* an. M. i. Bulliant ſive coq. in diplomate vaſe optimè clauſo ad conſumptionem vini. Exprimantur fortiter, poſtea imponantur: *Croc.* ♂. *Mumiæ, Maſtich. Thur. Myrrh.* an. ʒii. Denuò coq. leviter, dein pro circulatione ponantur ad ſolem, hyeme ad fornacem. *Vid. corp. ph. p. 101. b.*

## Oleum Hypnoticum *ſeu* Anodynum *Zvvelff.*

℞. *Olei Nymphea* juxta n. modum facti ℥iii. *Sem. papav. expreſſ.* ℥iß. *Hyoſcyami expreſſ.* ℥ß. His mixtis oleis immergantur ſequentia inciſa & contuſa; utpote *Croci Auſtriaci* ʒii. *Majoranæ rec.* ʒiß. *Ladani opt.* ʒii. *Opii Thebaici* ʒiß. *Vini albi boni* ℥j. Facta maceratione brevi, fiat in alembico, ſuo capitello munito, una ſaltem atque altera ebullitio: ea, quæ tranſit, paucula humiditas reaffundatur, cùm omnia refrixerint, fiat colatura poſt, cum forti expreſſione; expreſſum à pauxilla humiditate, prægreſsâ aliquali maceratione,

ſione, per reſidentiam ſeparetur; cui ultimò adde & in ea liquefac *Olei nucum moſchat. expreſſ.* ℥ß. *Ligni Rhodii ſtill.* ℥iß. Reponatur uſui in vaſe bene clauſo.

Præſtans eſt oleum ad ſomnum conciliandum, fronti, temporibus, ac naribus illitum; inflammationibus capitis, & podagricis doloribus ſedandis, perquam ſalutare eſt. Doloribus etiam Colicis, Dyſenteriæ, Lienteriæ, cùm externè inunctum, tùm Clyſteribus immixtum, cum ſummo emolumento ſubvenit. *Vid. corp. ph. p. 104. b.*

## Oleum Irinum *Meſue.*

℞. *Rad. ireos* ℔iii. *flor. ejuſd.* ℔vi. macer. in decoct. aliar. *rad. ireos* q. ſ. poſtea add. *ol. veter.* ℔ii. coq. & expr. *Vid. corp. ph. p. 99. b.*

## Oleum Irinum compoſitum *Londin.*

℞. *Rad. irid. flor.* ℔iii. ℥iv. *fl. lil. alb. abj. flav.* ℥xv. *rad. cyper.* ℥vi. *helen.* ℥iii. *anchus.* ℥ii. *cinamom. ſpic. nard. benz.* an. ℥i. *ol. veter.* ℔xv. *aq. font.* ℔ivß. macer. & coq. ſ. a.

## Oleum Jaſminum.

Fit *ex floribus Jaſmini, & oleo nucleorum Ban,* vulgò Ben dictorum, vel etiam *oleo amygdalorum dulcium*; Goſſypium nempe carptum, oleo impraegnando, & *cum floribus Jaſmini recentibus* aliquoties ſtratificando, tandemque exprimendo.

Uſus ejus nobis potiſſimum eſt ad odoris gratiam; quamvis nec medicas ei vires denegemus, quas cephalicas & cordiales poſſidet. *Vid. corp. ph. p. 114. b.*

## Oleum Jaſmini *Zvvelff.*

℞. *Florum Jaſmini odorif. recent.* q. ſ. Quibus *cum amyg-*

*amygdalis dulcibus excort.* ac non nihil ſiccatis, fiat in cribro ligneo vel in cerniculo, aut aliquo alio vaſe puro ſtratum ſuper ſtratum, ultimo orbiculo ligneo, pondere aliquo parumper ſaltem gravando ſuperimpoſito, poſtero die flores ab amygdalis ſegregentur, noviſque & recent. florib. eædem amygdalæ ſtratificatæ, aliquo, uti antea pondere, non nihil graventur; qui labor, quò frequentius ſemper cum recentibus receptis floribus reiteratur, eò præſtantius ac fragrantius oleum, ſimplici ſaltem, & ſine igne, expreſſione, ex amygdalis elicitur. *Vid. corp. ph. p.* 114.*b*.

## Oleum Lacertarum *contra Hernias* *Zvvelff.*

℞. *Olei nucum Jugland. recenter expreſſi* ℔iij. cui immergantur *Lacertarum virid.* num. xxv. & in eo ſuffocari & permori permittantur. Digerantur in vaſe vitreo per diem integrum, coquantur deinde in alembico vitreo, appoſito capitello, affuſa humiditate, quæ pertranſit, ubi omnia refrixerint. Fiat dein colatura abjectis lacertis; Oleum ſervetur, utpote ad curandas Hernias præſtantiſſimum: & ſecretum, ſanè, non, niſi magnorum Principum; qui, cur id multa annorum ſerie latere voluerint, ignoro. Inungitur eo locus affectus, ubi inteſtinorum irruptio ac provolutio deprehenditur, prius repoſitis inteſtinis; ſuperimpoſita deinde particula omenti cujuſcunque animalis, hoc oleo illita, ac, inſperſis pulviſculis adſtringentibus, fit ligatura apto cingulo, ad prohibendam ulteriorem inteſtinorum irruptionem. Vid. corp. ph. p. 110. b.

Ole-

## Oleum Liguſtrinum *Meſuæ ſive Cyprinum P. A. V.*

Fit *ex floribus recentibus Liguſtri*, *cum oleo*, ad modum Olei chamæmelini. Arabibus de Alkanna dicitur, nobis Liguſtrinum, quod ex Liguſtri floribus fiat.

Calefacit, & moderatè adſtringit, emolliendi vim habet, vulvæ ac nervorum affectibus ſubvenit, pleuriticis, opiſtotonicis, & angina laborantibus ſuccurrit, capellos à canitie vindicat. Vid. corp. ph. p. 109. b.

## Oleum Liliorum alborum *ſimplex.*

℞. *Florum Liliorum alborum*, abjecto quod croceum eſt. *Olei* an. ℔iij. Macera & inſola per dies octo, poſtea coque & exprime. Vid. corp. ph. p. 105. b.

## Oleum Liliorum alborum compoſitum *Meſuæ P. A. R.*

℞. *Maſtiches*, *Calami aromatici*, *Coſti*, *Carpobalſami*, an. ℥j. *Caryophyll. Cinamomi*, an. ℥ß. *Croci* ʒiij. Omnia poſt ſufficientem macerationem in *olei liliorum alborum ſimplicis* ℔ij. colentur. Longe præſtantius *juxta Zvvelſſerum* conficietur hoc oleum, *ſi loco Aromatum*, *ipſorum olea deſtillata*, (quæ cuncta ferè in officinis proſtant) eidem jam perfectè parato adderentur, ex. gr.

℞. *Florum liliorum alborum recent.* ℥ix. quibus in ℔ij. *olei puri* infuſis adde *Coſti veri* ℥j. *Croci pulveriſati & in vino infuſi* ʒiij. Macerentur aliquamdiu, &, ſi lubet, coquantur parùm in cucurbita, poſtea fiat colatura & expreſſio: Denique jam parato oleo adde *Ol. Stillat. calami Aromat.* ℈j *Cubeba-*

*bebarum* ℈ii. *Caryophyllor.* ʒß. *Cinamomi* ℈ß. *Maſtichis* ℥ii. vel ℥iii. Aut ſi lubet, loco olei Maſtichini, etiam *ipſa Maſtiche electa*, oleo addi, inque eo leni calore ſine coctione diſſolvi poterit, eritque ſic ritè confectum oleum. *Vid. corp.ph. p.* 123.*b.*

## Oleum Liliorum convallium.

Fit *ex floribus liliorum convallium* & *oleo claro*, ut oleum liliorum ſimplex.

Spaſmo, convulſioni & tremori, aliisque frigidis nervorum noxis ſuccurrit, puerulorum item tormina mitigat. *Vid. corp.ph. p.*116.*b.*

## Oleum Linelæon Rutaceum *P. A. R.*

*Ex foliis Rutæ recentibus & oleo ſeminis Lini expreſſo*, ſumendo amborum æquales partes, coctione & expreſſione paratur.

Singulare admodum eſt adverſus Lienis ſcirrhos, & duritiem, tumores enim emollit, ratione olei Lini, eoſdemque diſcutit, ac digerit, ratione Rutæ. In Enematibus, ubi flatus diſcutiendi, antecedenti eſt præferendum. *Vid. corp.ph. p.*118.*b.*

## Oleum Lumbric. terr. P. A. R.

℞. *Ol. lumbr. ſimp.* ℥iii. *fl. hyper.* ℥ii. *roriſm. ſtill.* ℈i. M. *Vid. corp. ph. p.*115.*b.*

## Oleum Mandragoræ P. A. R.

℞. *Cort. rad. mandrag.* ℔i. *cap. pap. nig.* ℥vi. cont. & coq. in *aq.* col. decoct. adde *ſucc. hyoſc. alb.* ℥ii. *cicut. tener.* ℥i. *ol. viol.* ℔ii. *opii ſtyr. cal.* an. ʒß. ſucc. cum ol. coq. ad humid. aq. conſ. & col. add. tandem ſtyr. & opium. uſurp. in inſſ. & ſomn. concil. Vid. corp. ph. p.104.b.

Ole-

## Oleum Maſtichinum *Meſuæ P. A. V.*

℞. *Ol. roſati Omphacini* ℔j. *Maſtiches* ℥iij. *Vini odoriferi* ℥iv. Coquantur ſ. a. in duplici vaſe ad vini conſumptionem. *Vid. corp. ph. p.* 121. *b.*

## Oleum Maſtichinum *Meſuæ.*

℞. *Ol. roſati* ℔j. in qua diſſolve *Maſtichis* ℥iij. Fiat colatura. Mediocriter calefacit, adſtringit & emollit, ventriculum firmat illitum in lienteria, & intemperie frigida ſicca ſalubre exiſtit. &c. *Vid. corp. ph. p.* 121. *b.*

## Oleum Maſtichinum *Zwelff.*

℞. *Ol. Majoranæ dextrè parati* ℔j. *Maſtichis el.* ℥iij. Solaque diſſolutione Maſtichis, in leniſſimo calore, ſine ulla ebullitione paretur præſtans oleum, quod colandum & ita aſſervandum.

In affectibus ventriculi & inteſtinorum, certè præſtantiſſimum, quod calefacit vim ventriculi concoctricem, retentricemque firmat, in linteria & cœliaco tormento quam ſalutare extans: neque minus tale in Dyſenteria & Diarrhœa, cùm internè tùm externè adhibitam, admixtumque Clyſteribus. *Vid. corp. ph. p.* 122. *b.*

## Oleum Mercurii ad Verrucas & Clavos *D. Fauſti.*

℞. ☿ *ſublimati, Sacchari candi albi*, an. ℔ß. *Limatur.* ♂ *parum*, deſtilla per retort. primo leni, tandem fortiori igne.

## Oleum Momordicæ.

℞. *Fructus Momordicæ matur.* exemptis granis, macerentur *in oleo olivarum*, vel quod longè melius, *in oleo Hyperici*; copioſi verò infundantur fructus, & diu inſolentur, ut oleum craſſum & glutinoſum evadat, ac fructus in oleo quaſi putreſcant, ſequente anno

exprime oleum,& rejectis fructibus expreſſis,novos infunde,& ſic fit longe excellentius Balſamum vulnerarium,in Hæmorrhoidum doloribus,ac lactentium mulierum papillarum fiſſuris &c.

## Oleum Moſchelinum *Nicolai Alexandrini.*

*P. A.*

℞. *Ol.puri* ℔vj. *Macis, Nardi Indicæ, Coſti, Maſtiches,* an. ℥ß. *Styracis calamitæ, Croci, Myrrhæ, Cinamomi, Caſſiæ ligneæ veræ,* ana ℥vj. *Carpobalſami, Caryophyllor. Bdellii.* an. ℥ß. *Nuc. Moſch.* num, ij. Omnia poſt biduanam macerationem in vaſe probè tecto, leni arenæ calore factam colentur, & addatur *Moſchi in particula Spiritus roſarum ſoluti* ℨj.

Frigidis affectibus eſt præſtantiſſimum, ventriculo præſertim debili, quem roborat & calefacit, dolorem lateris illitum ſanat,ſtranguriofis,colicis, ac nervorum omnibus propè vitiis confert.&c.*Vid.corp.ph.p.* 122. *b.*

## Oleum Moſchelinum *aliud Zwelff.*

℞. *Ol. puri recent.* ℔iß. Huic immergantur ſequentia, craſſiuſculè conciſa & contuſa : utpote *Herb. Majoranæ, Roriſmarini, Thymian.* recent. ℥iß. *Flor. Lavendulæ, Spicæ, Tunicæ rubr.* ana recent. ℨvj. *Caryoph. Cinamomi opt. Cubebarum, Cardamomi, Macis, Nuc. Moſch.* ana ℥ß. *Calami aromat.* ℥iß. *Croci opt.* ℨij. *Styracis calamitæ* ℥iß. *Vini albi boni* ℥j. vel ℥ij. Fiat maceratio per unius atque alterius diei intervallum; & deinde alembico vitreo, ſuo capitello munito, una & altera ebullitio : humiditas quæ tranſit, ultimò reaffundatur ; cùm refrixerit pauliſper, fiat colatura cum forti expreſſione ſpecierum ; In expreſſo oleo amplius diſſolve : *Maſtichis electæ* ℥iß. *Ol. Nuc. Moſch. expr.* ℥ß.Miſceantur exactè & ſepa-

paratâ pauculâ humiditate, per reſidentiam, oleum cuſtodiatur in vitro, vel vaſe benè obfirmato; Quodſi verò aliquis oleo communi olivarum oleum Amygdalarum expreſſum, vel etiam oleum de Been, ſubſtituere vellet, longè præſtantius illud Oleum Moſchel. efficitur, virtute & fragrantia, ſeu odore grato.

Eſt oleum præſtantiſſimum in frigidis affectibus ventriculi, quem roborat, & calefacit; Colicis, ac nervorum vitiis confert, Cerebrum inſuper roborat, & ab Epilepſia & Apoplexia præſervat. Vid.corp.ph.p.122.b.

## Oleum Mucaginum *Phar. Amſtelod. Hagienſ. & Ultrajectina.*

℞. *Rad. Alth. recent.* contuſar. ℔ß. *Scillæ recentis contuſ.* ℥iß. *Seminis Lini, Fœnugræci*, ana ℥ij. Macerentur in ſ. q. *aquæ pluviæ*, deinde leniter coquantur, donec remittant craſſam & viſcoſam mucilaginem; hujus colatæ & expreſſæ ℔ij. adde *Olei Anethini, Chamæmelini, Liliorum alb.* ana ℥xvj. Coquantur ad humiditatis aqueæ conſumptionem, ſæpius agitando, ne adurantur. Vid.corp.ph.p.104.b.

## Oleum Nardinum compoſitum.

℞. *Spic. nard.* ℥iij. *majoran.* ℥ij. *lign. al. enul. macis cal. arom. fol. lauri, cyperi. ſchœn. cardam.* a. ℥iß. cont. craſſ. dein cum *ol. ſeſam.* ℔iv. aliquamdiu macer. & col. Vid.corp.ph.p.124.b.

## Oleum Nicodemi *Londinenſ.*

℞. *Summit. hyper. tereb. venet.* ana ℔j. *litharg.* ʒvj. *aloes hep. tutiæ. Alex.* ana ʒiij. *croc.* ℥j. *vin. alb.* ℔iv. *ol. vet.* ℔ij. inſol. & coq. ſ. a.

## Oleum Nervinum *Zvvelff.*

℞. *Olei olivarum recent. non rancidi* ℔iij. Cui immer-

mergantur, ſucceſſu temporis, inciſa & contuſa ſequentia: *Gemmar. populi arbor. rec.* ℥vj. *Summitat. abietis* vel *Laricis arb.* (vulgò Fehrene Gipffel) ℥iij. vel ℥iiij. *Herb. recent. calaminth. montan. Majoranæ, Meliſſæ, Ivæ Artheticæ, Origani, Salviæ min. Thymi, flor. recent. Chamomillæ, Lavendulæ, Spicæ*, an. ℥ij. *Baccar. Lauri, Juniperi virid.* an. ℥iiß. Macerentur ſeptimanâ unâ, vel alterâ, donec omnia collecta & immerſa ſint. Poſtmodum ebulliant parùm in alembico vitreo, capitello ſuo munito, ut particula, quæ prodit, humiditatis reaffundi poſſit. Tum fiat colatura & fortis herbarum expreſſio; Oleo autem expreſſo ulterius adde *Lumbric. terreſtr. vivorum & lotor.* ℥viij. & facta adhuc unica ebullitione in alembico, uti antea, ſuo capitello appoſito denuò coletur. Colato oleo ſuperadde *Ol. ſtill. Majoranæ, Salviæ*, an. ℥ij. Fiat oleum Nervinum efficaciſſimum. *Vid. corp. ph. p. 111. b.*

## Oleum Otalgicum Minſichti.

℞. *Rad. helleb. n.* ℥ß. *pulp. coloc.* ℥iij. *fol. ſen. el. lauri* an. ℥ij. *millep. viv. alipt. moſch. caryophyllor.* an. ℥iß. *herb. roriſm. auric. mur. majoran. ſamb.* an. mß. coq. ex *vino* col. ℥iij. adde *ol. amygd. amar.* ℥ij. *bacc. junip. petræ* an. ℥ß. *formic.* ℥iß. coq. denuo ad conſ. humid. & ol. Serva. auditus diff. & tinnit. ſolv. *Vid. corp. ph. p. 108. b.*

## Oleum Papaverinum P. A. V.

℞. *Cap. pap. fol. pap. flor. ejuſd.* an. ℔j. contuſ. inf. in *ol.* ℔iij. coq. ſuff. & col. Vid. corp. ph. p. 106. b.

## Oleum de Piperibus Meſue P. A. V.

℞. *Pip. long. alb. nig.* an. ℥iij. *myrob. cheb. embl. Ind.* an. ℥v.

℥v. *rad. apii ſœn.* an. ℥iiiß. *turbith.* ℥ij. *Zing.* ℥iij. *ſumm. hyſſ. rut. virid.* an. mj. coq. ex ſ. q. *aq.* ad ʒ. col. adde *ol. amygd. dulc.* ℔ii. recoq. ad conſ. aq. in fine adde *gumm. ſagap. opop. amm. in acet. diſſ.* an. ℥iiß. *Vid. corp. ph. p. 115. b.*

## Oleum Antipeſtilentiale *Bartol. Bonacurſii Itali ex Schrœd.*

℞. *Flor. Hyperic.* ℔i. *Rad. Tormentill. Carlinæ, Ariſtol. rot. Centaur. maj.* an. ℥vi. *Sant. omnium, Spic. nard. Celt. Dictamn. Bacc. juniperi, Zedoar. Gentian. Imperat. Card. ben.* an. ℥ß. *Carpobalſ. Doronic. Cort. Citri, Fol. Perſic. Artemiſ. Rutæ, Beton. Scord. Chamædr.* an. ℥iv. *Rad. Pimpin. Valerian. major. Vincetox. Ben. utr.* an. ℥iiß. *Anthos, Scorzon. Biſtort.* an. ℥vi. *Moſchi, Maceris,* an. ℥ii. *Caryoph.* ℥iß. Macerentur per tres dies in *vini Malvatic.* ℔v. coq. exprim. expreſſo adde recentes ſpecies ſupradictas, *adde Bufonem magn. vivum, Viperam vivam, Ranam, Lacertas, Cochleas,* an. num. v. *Scorpion. L. Ligni aloes* ℥ß. *Theriac. Mithrid.* an. ℥ii. *Benzoini, Galbani,* an. ℥iß. *Laudani, Succini, Myrrh.* an. ℥i. *Ol. Hyperic.* ℔ii. *Oliv. vet.* ℔v. E Cineribus deſtillentur omnia, fiatque ter cohobatio, tandem oleum decantetur, quo inungitur cordis regio ſub axillis & inguine, ad arcendam peſtem. *Vid. corp. ph. p. 94. b.*

## Oleum Populinum *Nicolai Alexandrini P. A.*

℞. *Ol. commun.* ℔vi. ℥ii. *Gemmarum Populi arboris recent.* veris initio collectorum ℔iii. Gemmæ populi terantur, & macerentur in oleo, poſtea coquantur ad conſumptionem humiditatis aqueæ, colentur & exprimantur.

Emollit, tenuium eſt partium & calidum, arthriticis & podagricis utile eſt. *Vid. corp. ph. p.* 104. b.

## Oleum Purgans *Zvvelff.*

℞. *Olei Lini recenter expreſſi* ℔iß. Huic immergantur ſequentia minutim inciſa & contuſa: *Rad. recent. Bryoniæ, Aſari, Cucum. Aſinini*, an. ℥iß. *Hermodact. Ireos noſtrat. Eſulæ*, an. ℥j. *Herb. rec. Anethi, Gratiolæ, Malvæ, Mercurialis, Tanaceti*, an. ℥ij. *Corallinæ* ʒvj. *Flor. recent. Roſar. pallidar. Myrrh. rubræ, Aloes hepaticæ* an. ℥j. *Pulpæ colocynthid. Sem. Cynæ, Cataputiæ, Ebuli*, an. ʒvj. Facta maceratione die una vel altera, bulliant leniter ad conſumptionem ferè humiditatis; colentur poſtea, exprimanturque ſpecies fortiter, ſeparetur oleum purum per reſidentiam: quod ad uſum reponatur; addendo tamen ultimo *Camphoræ* ʒiiß.

Solvit alvum, umbilico inunctum, vel, petiâ in ea intinctâ, & umbilico aut toti ventri appoſita; enecat vermes eoſque expellit. Vid. corp. ph. p. 119. b.

## Oleum aliud Purgans *per expreſſ.*

℞. *Sem. Cataputiæ* ℥ij. *Carthami, Cucumeris Aſinini*, ana ℥iij. *Ebuli* ℥iv. *Lini* ℥iiij. vel v. Ex his ſimul conquaſſatis, & contuſis, exprimatur, modo uſitato, oleum per prelum fortiter, quod pro uſu ſervetur.

Potenter alvum movet, umbilico illitum, educit vermes infantum; ſi cum linteolis, in eo madefactis, ventri imponatur. *Vid. corp. ph. p.* 119. *b.*

## Oleum Ranarum P. A. R.

℞. *Ranarum fluviatilium* ℔ß. *Ol. Seſamini* ℔iß. Coquantur uſque ad ranarum diſſolutionem, poſtea colentur.

Refrigerat, Podagram & alias Arthritidis ſpecies ca-

calidas mitigat, ac incendium febrium ardentium compeſcit, fronti & temporibus illitum ſomnum conciliat. Vid. corp. ph. p. 106. b.

## Oleum Rutæ *P. A. R.*

*Fit ex Ruta oleo vulgari*, eodem modo, quo Abrotani oleum præparare docuimus.

Calefacit, tenuat & digerit, illitum & cum Clyſteribus injectum colicum dolorem ſedat, vitreum phlegma ejiciens, laterum, renum, veſicæ ac uteri dolores à cauſa frigida juvat, nervorum & ſpinæ reſolutioni, convulſionibuſque medetur & flatus diſſipat. Vid. corp. ph. p. 108. b.

## Oleum Sambucinum *P. A. R.*

*Oleum Sambucinum fit ex floribus Sambuci, & oleo clariſſimo*, ut oleum Abrotani.

Lenit, abſtergit, cutem mundificat, ictero & hepati obſtructo confert, articulorum & nervorum doloribus utile, eos namque roborat, epotum aut injectum alvum irritat, ſeroſaque excrementa per inferna educit. Fit quoque ex medio ſambuci cortice ſimiliter macerato Oleum, quod ad ambuſta Italis uſui eſt. *Vid. corp. ph. p.* 107. b.

## Oleum Scorpionum *Alexipharmacum Zvvelff.*

℞. *Olei olivarum recentis & puri* ℔iii. vel loco hujus, *Olei amygdalarum dulcium*, ſed *ex tribus partibus Amygdalarum, & una parte ſemin. Rutæ expreſſi* tantundem ſubſtituatur. Cui immergantur ſequentia minutim inciſa atque contuſa. *Rad. Angelicæ, Contrajervæ, Imperatoriæ, Zedoariæ*, ana ℥i. *Herb. recent. Scordii noſtr.* ℥ii. *Rutæ hortenſ.* ℥i. *Flor. recent. Hyperici* ℥iii. *Centaurii* ℥i. *Sem. Citri* ℥vi. *Croci auſtr.* opt.

*opt.* ℥ii. *Myrrhæ electæ* ʒi. *Vini albi* ʒi. vel iſ. Digerantur per dies aliquot, poſtea bulliant in alembico parum, ad prolectionem exiguæ humiditatis. Cùm refrixerint oleum per expreſſionem à ſpeciebus liberandum, & ſimilibus recentibus ſpeciebus, unà cum à prima deſtillatione aut coctione, prolecta exigua quantitate humiditatis reaffundendum; digeſtio per aliquot dies reiteranda, & humiditas, quemadmodum anteà, coquendo per alembicum, prolicienda eſt: Oleum deinde iterum exprimatur, & ſi lubet, (quamvis mihi non neceſſarium videatur,) labor hic, cum recentibus ſpeciebus infundendo, deſtillando, & exprimendo, etiam tertia vice repetatur. Tandem injice in oleum hoc expreſſum, & ab omni humiditate, per reſidentiam, ſeparatum, *Scorpiones vivos diebus Canicularibus collectos* num. CC. Hi in iſto oleo ſuffocentur, & poſt brevem digeſtionem, aut unicam, in alembico, ebullitionem, ac reaffuſionem pauxillæ iſtius humiditatis prolectæ, ſeparentur, ab oleo quidem, colatura, ab humiditate autem per reſidentiam: addanturque *Olei ſtillat. rutæ Cortic. Citri* ana ʒj. *Juniperi* ʒii. Fiatque oleum Alexipharmacum præſtans.

Efficax eſt in morbis contagioſis, peſtilentibus, febribus malignis petechialibus, pulſibus, regioni cordis, & ſpinæ dorſi inunctum, repetitis vicibus. Venenatorum animalium morſibus medicina eſt, venenis oretenus aſſumptis adverſatur; aliquot guttularum doſi propinatum. *Vid. corp. ph. p. 98. b.*

## Oleum ſeptem florum *Minſichti.*

*Paratur ex oleo olivarum per multas repetitas infuſiones florum*

*florum Violarum, Sambuci, Roſarum, Chamomillæ, Liliorum alb. Verbaſci, Malvæ arbor. rub.* Infundantur autem flores in oleo, & quilibet ſuo tempore, dum haberi poteſt, recens & ſeorſim, digerantur in ſole, & poſt debitam macerationem quilibet flos ſeorſim quoque & fortiter exprimatur, & hic labor cum aliis & recentibus floribus aliquoties repetendus &c. Sic tandem Oleum anodynum, & verè Balſamicum accipies, in omnibus tàm frigidis quam calidis doloribus appropriatum, quod uſui repone.

Anodynum eſt, Capitis dolores & Cephalalgiam mitigat, Phreneticis ac vigilibus fronti ac temporibus impoſitum ſomnum conciliat. Vid. corp. ph. p. 802. b.

## Oleum Slotani *ex Hildano.*

℞. *Olei Olivar.* ℔vj. *Catulor. junior.* num. ij. *Rananarum viv.* num. xij. *Lumbricor.* ▽ *lotor.* m. iv. ▽ *Juniperi abſque vino deſt.* ℔iij. Coquantur omnia leni igne, donec caro Catulorum ab oſſibus ſeparetur, & humiditas omnis ferè conſumta ſit. Tum colato oleo adde *Axungiæ human. Olei Scorpion. Amygd. d. Muris alpini* an. ℔ß. M. & in olla capaci inditis adde *recent. Gemmar. populi nigr.* ℔iij. *Florum Prim. Veris, Tuſſilag. Betonic. Geniſt. Hiſp. Chamom. Rom. Violarum, Lilior. conv. Lavendulæ, Sambuci, Anethi, Salviæ, Cheiri, Rutæ, Serpilli, Anthos, Cent. min. Veronicæ, Origani, Tanaceti, Liguſtri, Agrimon. Pulegii, Meliloti, Verbaſci, Abſinth. vulg. Roſar. r.* an. m. j. *Hypericonis* nondum penitùs apertorum ℔iiij. Flores omnes ab herbis ſeparati oleo immittantur aliàs viridſcet oleum, quod aliàs rubicundum eſſe debet ex flor. Hyperici: Flores ſucceſſivè prou-

per æſtatem florent, oleo immittuntur, vaſe intereà clauſo, donec omnia probè infuſa ſteterint; tum oleum tandem decantatur & aſſervatur. *Vid. corp. ph. p. 111. b.*

Oleum Stomachicum *Cratonis* P. A. R.

℞. *Ol. Abſinth.* ℔i. *Summitatum Abſinthii* M. i. *Caryophyllor. Santali citrini*, an. ℥ij. *Roſarum rubr. Macis*, an. ʒß. *Maſtiches* ʒiiß. Macerentur aliquamdiu in vaſe optimè clauſo, & poſt lenem ebullitionem colentur.

Hoc oleum Crato mirificè prædicat in ventriculi doloribus, & infirmitatibus, maximè verò frigidis. *Vid. corp. ph. p. 119. b.*

Oleum Stomachicum *Cratonis Zvvelff.*

℞. *Olei abſinthii* trina infuſione & maceratione parati ℔i. *Maſtichis electæ* ℥j. Quibus in leni calore ſolutis & mixtis adde *Ol. ſtill. abſinthii*, *Caryophyll. Ligni Rhodii*, an. ʒß. *Roſarum veri* ℈ß. vel ejus loco *Nuc. Moſchat. Macis*, an. ℈j. vel ℈ij. miſce, ſervetur uſui. *Vid. corp. ph. p. 120. b.*

Oleum Stomachicum *Phar. Nor.*

℞. *Maſtichis* ℥vj. *Nucis Moſch. Caryophyll.* an. ℥iiij. *Schœnanthos, Macis.* an. ℥j. *Ol. Maſtich.* ℔ij. Subtiliter trita digerantur per novem dies, tunc coquantur in vaſe bene cooperto, & colentur, cum leni expreſſione. Vid. corp. ph. p. 120. b.

Oleum *ſive* Balſamum Vulnerarium *Zvvelfferi.*

℞. *Ol. Therebinthin. flavi, & rubicund. videlicet*, quod per retortam, (ſpir. oleoſo albicante prius, deſtillando prolecto,) dextre deſtillatum eſt ℔j. huic immerge *Pulv. Gummi animæ*, *Elemi*, *Maſti-*

chis,

*chis, Olibani, Myrrhæ*, an. ℨvj. *Hederæ* ℥ß. *Balſami Indici Peruviani* ℥j. *Oculorum populi arboris recent.* ℥iß. *Decocti inſpiſſati ex ſummitatibus Hyperici recent. & florent. parati, Succi Millefolii inſpiſſati*, an. ℥ß. Digerantur in calore leni vitro probè clauſo, ad diſſolutionem pro majori parte Gummatum, ſæpius commovendo. Poſtea colentur calide per linum, & quaſtum, atque ad uſum aſſerventur; quibus ſi lubet, nonnihil de Camphora adjiciatur.

Vulnerarium eſt præſtantiſſimum, cùm in recentibus, modoque inflictis, tùm in antiquis vulneribus, præſertim in partibus nervoſis, ubi unctuoſa ex oleis expreſſis locum non habent. Singulare eſt remedium filamentis in eo madefactis, impoſitum. *Vid. corp. ph. p.* 125. *b.*

## Oleum *ſive* Balſamum aliud Vulnerarium *ex Sulfure Zwelff.*

℞. *Sulfuris crudi & boni* ℥vj. Hoc liquefiat in olla, ſeu patella terrea vitreata, ſuper igne leni, ne accendatur illud aut flammam concipiat. Liquefacto ſulfuri immiſceantur probè adhuc ſuper igne, *Salis Tartari puri* ℥iij. vel ℥iiij. Facta hac mixturâ, ſpatulâ bene commotâ, auferantur ab igne; & fiat hepar Sulfuris dictum, quod in pulverem redactum, immittatur alembico parvo, cui ſuperaffundantur *Olei Therebintinæ flavæ*, per retort. uti ſupra dict. deſtillati, *Abietis recenter deſtillati* an. ℥iij. vel iv. aut plus. Digerantur in leniſſimo calore, ſine ulla coctione aut ebullitione, & protinus extrahetur. Tinctura rubicundiſſima ſanguinis æmula, ſeparetur hoc Balſamum, ſive oleum rubicundiſſimum,

per decantationem, ſive filtrum, & cuſtodiatur in vitro, externo & interno uſui deſtinatum; ſummè proficuum in ulcerationibus Pectoris & Pulmonum: Viribus Balſamum Sulfuris vulgare (ſine dubio) ſuperans. *Vid.corp.ph.p.126 b.*

## Oleum Vulnerarium *ſive Balſamum Martiale Zvvelff.*

℞. *Olei Therebinthinæ flavi*, per retortam, uti ſupra deſtillati, *Olei abietis odoriferi, & clari, deſtillati*, an. ℥vj. His mixtis oleis adde immergendo *Oculorum populi arb. recent.* & conquaſſat. temp. vernali, ℥iii. vel iv. Facta maceratione duobus circiter diebus, calore leni, vitro bene occluſo; eoque alto, fiat poſt colatura, cum forti expreſſione. Huic oleo expreſſo, iterum in vitrum altum, ſive alembicum capacem infuſo, ulterius immerge *Limaturæ chalybis puri, & accuratè limati* ℥iii. vel ℥iv. Et deſuper guttatim, pedetentim & per vices, inſtillentur *Spiritus nitri opt.* vel loco hujus *Spiritus vitrioli* ℥ii. vel plus, ita tamen ut ſpatio duodecim horarum circiter, totus ſpiritus guttatim affuſus fuerit, ſpatulâ ligneâ ſæpius Limaturam hinc inde movendo, ne fundo vaſis adhæreat, & indureſcat; Sic enim ſolvitur Limatura ferri & ſuam eſſentiam ſeu animam affuſo oleo communicat, idque imbuit, & rubicundiſſimo colore tingit. Peractâ hâc ſolutione, digerantur ſimul in vitro largo, & probè clauſo per duos circiter dies. Tandem ſeparetur illud Balſamum ſive oleum rubicundiſſimum, ſanguinis inſtar, à Limatura & omni humiditate; quod uſui aſſervandum. *Vid.corp.ph.p. 126. b.*

O-

# OLEA DESTILLATA.

## Oleum Balſamicum *Sennerti.*

*Balſamo Sulfuris Sal toſtum adde*, atque per retortam deſtilla. *Vid.corp.ph.p.143.b.*

## Oleum Sulfuris Linatum *ex Schrœd.*

℞. *Sulfur. citr.* ℔i. maceretur & ſolvatur in *ol. Lini* ℔iß. & fiet maſſa concreti ſanguinis inſtar. Refrigerata materia deſtilletur per retortam & prodibit oleum rubicundiſſimum.

N. Alii addunt *Vitrioli calcinati* ℔ii. & deſtillant. Prodeſt ad ulcera ac bubones peſtilentiales maturandos. *Vid.corp.ph.p.143.b.*

## Oleum cort. Aurantiorum vel Citri.

℞. *Corticum exteriorum recentium*, non putridorum *pomorum Aurantiorum* ſufficientem quantitatem. Incidantur & abſque præcedente fermentatione vel maceratione, copioſius quidem, ſed tamen deterius Oleum daturi, cum aqua fontana deſtillentur per veſicam; Oleum poſtea ab aqua ſeparando. *Vid.corp.ph.p.134.b.*

## Oleum Camphoræ *Sennerti.*

℞. *Camphoræ* ℔ß. *Argillæ* ℔iß. Miſceantur diligentiſſime, & ex retorta igne leni deſtillentur, aſcenditque cum phlegmate Oleum, quod ſeparandum eſt. Vid.corp.ph.p.134.b.

## Oleum Camphoræ *Le Mery.*

℞. *Camphoræ optimæ* ℥iij. vel iv. contunde groſsè: matracio inde, & ei *Spiritus nitri* duplum affunde, obturatum probè vas ſuper ollam aquæ ſubcalida ſemiplenam colloca: ſubinde agitando ad ſolutionem, quæ 2. vel 3. horis elapſis peracta

acta erit, juvandum, videbiſque camphoram in oleum limpidum Spiritui nitri innatantem verſam: id ſepara, ac in probè obturata phiala ſerva.

Valet ad oſſium Cariem, idque nervorum in vulneribus denudatis illinitum. Vid. corp. ph. p. 135. b.

## Oleum Cephalicum *Zvvelff.*

℞. *Olei ex Styrace*, cum *Oleo majoranæ* ℥j. *Olei ſtillati ſuccini* ℨiß. *albi Coriandri, Lavendulæ, Majoranæ, Roriſmarini, Salviæ, Nuc. Moſch.* an. ℨj. Miſceantur pro uſu.

Eſt oleum Cephalicum efficaciſſimum, roborat Cerebrum, & principium nervorum, vertici capitis, temporibus, nuchæ, & ſpinæ dorſi, ad os ſacrum uſque, inunctum.

Sedat & compeſcit defluxiones à capite ad partes inferiores. Quare in catarrhis ſuffocativis ſalutare exiſtit; ut & membris paralyticis, contractis, doloribus colicis, à frigida cauſa exortis ventoſitatibus, & uteri debilitatibus, auxilio eſt.

## Oleum Carminativum *Minſ.*

℞. *Ol. Sem. Cymini* ℨß. *Fœniculi, Aniſi, Carvi*, an. ℈i. *Anethi, Aurant. Chamomill.* an. ℨß. Miſce & ad uſum repone.

Medicamentum verè anodynum eſt; diſcutit enim flatus, Hyſteralgiam & omnes morbos ex ventoſitate ortos curat. Vid. corp. ph. p. 146. b.

## Oleum Carminativum *ex Theſ. Hoffm.*

℞. *Ol. d. ſuccin. alb. Aurant. Chamomill.* an. ℈ii. *Cymini, Aniſi, Carvi*, an. ℈iß. *Anethi* ℈i. M. & ad uſum reſerva.

In omni flatulenta affectione colica, hyſterica, &c.

notabilis eſt effectus. Doſis eſt à gutt. iii. iiii. vel v. Vid. corp. ph. p. 147. b.

## Oleum Nephriticum *Minſ.*

℞. *Ol. Succini alb. rect. Therebintinæ, Juniperi*, an. ℥ i v. *Fermenti panis cibar. Sal. communis, Tartari alb.* an. ℥ ii. *Aq. hederæ ter. Petroſelini, Ononidis*. an. ℔ iiii. Miſc. & per alembicum deſtilla, poſtea ſepara oleum, & ad uſum reſerva.

Virtuoſiſſimè & potentiſſimè calculum Renum & veſicæ frangit, & per urinam expellit: Inſuper Colicos dolores ſedat. Vid. corp. ph. p. 147. b.

## Oleum Caryophyllorum.

℞. *Caryophyllor. aromat.* ſ. q. In pulverem craſſiuſculum contuſis affundatur *aqua tepida*, & poſt quadriduanam digeſtionem, ex veſica deſtillentur, ſeparetur que oleum modo ſolito. Vid. corp. ph. p. 135. b.

## Oleum Caryophyllorum *per deſcenſum Le Mery*.

Cyathos magnos vitreos tela obtegito, quam in cujusvis cyathi, ambitu filo ligabis, fac ut in tela ſit cavitas, cui indi poſſit *caryophyllorum pulvis*: his Caryophyllis ſuperpone in unoquoque cyatho parvum fictile vel libræ lancem, quod adeo probè obturetur, ut nullum intercedat ſpatium, imò ne lumini locus inter vitri ac ſuperpoſitæ lancis margines; hæc fictilia vel lances reple cineribus calidis, qui caryophyllos calefacient, ac in fundum cyathorum extillare facient primò paucum phlegma cum ſpiritu, hinc oleum limpidum albumque, donec nihil amplius extillet, ignem continua; oleum per infun-

fundibulum chartâ emporeticâ munitum ſepara, idque in probè obturata phiala ſervato.

Quædam ejus guttæ groſſypio exceptæ, dolentibus dentibus induntur; valet etiam ad febres malignas & peſtem ipſam. Doſis à guttis 1. ad 3. exhibeturque ex aqua meliſſæ, aliove convenienti liquore. *Vid. corp. ph. p. 136. b.*

## Oleum ſeu Eſſentia Cinamomi *ejuſque aqua Ætherea Le Mery.*

*Cinamomi optimi* ℔. iv. contunde eamque *infunde in aquæ communis, calidæ,* ℔ xij. digere per 2. dies in terreo vaſe probè obturato, infuſionem in amplum alembicum æneum effunde, cui recipiens adaptato, commiſſurasque veſica madida accuratè agglutina: Igne ſatis magno adhibito liquoris iij. vel iv. ℔. deſtilla; hinc lutum remove, aquamque deſtillatam per inclinationem in alembicum effunde, reperies in fundo paucum oleum, quod in phialam effundes, eamque probè obturabis: liquorem ut priùs deſtilla, hinc aqua in alembicum effuſa oleum quod in recipientis fundo reperies collige, quod priori permiſcebis: hanc cohobationem repete, quouſque nullum ulterius aſcendat oleum, ignem tunc extingue, aquamque in recipiente repertam deſtilla, eodem, quo rectificatur aqua vitæ, modo, habebis optimam aquam ſpirituoſam Cinamomi.

Corroborans excellentiſſimum præbet oleum Cinamomi, ventriculum roborat, naturalesque evacuationes promovet: mulieribus ad facilitandum partum menſesque adhibetur movendos, venerem etiam excitat, additur vulgò ejus gutta una pauco ſaccharo cando ad parandum oleo, ſaccharum quod facilè in aquis cardiacis & hiſtericis diſſolvitur. Vid. corp. ph. p. 136. b.

Ole-

Oleum Benzoi *P. A. V.*

℞. *Benzoi el.* q. v. Pulveriſetur, & adfuſa *Aquæ roſarum* ſufficienti quantitate, deſtilletur per retortam vitream in arena, ſervatis ignis gradibus. Oleum ab aqua ſeparetur modo uſitato. *Vid. corp. ph. p.* 137. *b.*

Oleum Ceræ.

℞. *Ceræ flavæ puræ* ℔j. Huic in retorta capaci liquatæ ſuperinjice *largam cineris cribrati quantitatem* ut retorta eo impleatur, poſtea igne per gradus aucto, ex arena deſtilletur. Reſolvit, diſcutit, articulorum doloribus confert. *Vid. corp. ph. p.* 137. *b.*

Oleum Chamæmeli Romani.

℞. *Flores Chamæmeli Romani ſiccos,* contunde, & *cum aqua calida* parum maceratos deſtilla per veſicam, ac oleum flaveſcens ab aqua ſepara. Vid. corp. ph. p. 137. b.

Oleum flor. Chamomillæ *Cæruleum.*

Cum per ſe deſtillatum rarum ſit, poterit fieri per additionem, ſequentem in modum: *Infunditur* nimirum *florum Chamomillæ quantitas in aqua ſimplici calida*; immiſcetur infuſioni huic *olei Petræ q. placet,* ad ℔. x. florum ℔ß. olei, & dum hæc per dies tres ſteterunt infuſa, deſtillantur per veſicam & prodit oleum cæruleum odoris & ſaporis florum chamomillæ æmulum. *Vid. corp. ph. p.* 138. *b.*

Oleum Galbani Sennerti *P. A. V.*

℞. *Gummi Galbani ſelecti* ℔j. *Silicum calcinatorum* ℔iß. Deſtillentur in arena per retortam vitream, & prodibit liquor albus, cum Oleo; poſtea rectificentur. *Vid. corp. ph. p.* 138. *b.*

## Oleum Lignorum *Minſichti.*

℞. *Raſ. Lig. Sancti* ℔iij. *Saſſafras Rhodini* an. ℥viij. Mixta deſtillentur, ut eſt artis, accipies Spiritum & Oleum, quæ ſeorſim aliquoties rectificentur, & ad uſum ſerventur.

Spiritus habet vim diaphoreticam & per ſudorem expellit, quodcunque in corpore noxium. Doſis à ʒß. ad ʒj. in vehiculis ſpecificis. Vid. corp. ph. p. 138. b.

## Oleum Ligni Rhodii.

*Lignum Rhodium in ſcobem redactum* in vaſe capaci *cum magna aquæ quantitate* maceretur per 14. dies, poſtea ex veſica, igne moderato deſtillentur, & oleum ab aqua ſeparetur. Vid. corp. ph. p. 138. b.

## Oleum Ligni Saſſafras.

Sume *bonam quantitatem hujus ligni in ſcobem redacti*; hanc immitte veſicæ magnæ, & ſuperfuſa aqua bulliente juncturis probè clauſis ſtatim & celeri igne deſtilla, & oleum fundum aquæ petens, inſtar olei Cinamomi, poſt plenariam ſubſidentiam ſeparetur & ſervetur. Lignum hoc ob rariorem texturam & ſummam partium volatilitatem, nulla maceratione opus habet, ſed ex tempore deſtillationi committendum. Neque ob eaſdem cauſas additamentis opus habet, pro ſui reſeratione.

Oleum hoc gratiſſimum eſt antiſcorbuticum, & emmenagogum, propterea Spiritus confortat, ventriculum roborat. Doſis gutt. v. &c. Vid. corp. ph. p. 138. b.

## Oleum Maſtiches.

℞. *Maſtichis* ℔j. *Silicum calcinatorum* ℔iß. Mixta de-

deſtillentur ex retorta in arenæ igne moderato, poſtea limpidum oleum à phlegmate ſeparetur. *Vid. corp. ph. p. 139. b.*

## Oleum Philoſophorum Reginæ *dictum*, *D. Fauſti.*

℞. *Olei olivar.* q. l. huic in vaſe terreo vitreato anguſti orificii adde *fruſtra laterum, ad brunitatem ſaltem ignita*, tum ita relinquantur per dimidiam horam, poſtea deſtilla ſ. a. per gradus ex retorta; oleo hoc deſtillato, *de novo imbibantur fruſta laterum, & ſilicum ignitor.* q. ſ. ac deſtillentur ut prius, idque repetatur tertia vice; Poſtea

℞. *Olei hujus Philoſophici ter deſtillati, Hyperici cocti* an. ℔iß. *Gummi Galbani, Ligni Juniperi opt. contuſi* an. ℥iß. *Baccar. Juniperi, Succini flavi* præp. an. ℥j. His mixtis adde *vini Hiſpanici opt.* ℔iß. & ut prius deſtilla cum lateribus & ſilicibus ignitis, idque reitera ſecunda vice, ſemper infuſum per dimidiam horam relinquendo, tandem adde *Vini Hiſpanici* ℔iß. & per ſe abſque lapidibus deſtilla; finita deſtillatione ſepara oleum & ſerva.

## Oleum Philoſophorum *juxta Le Mery.*

*Candefacito laterum fragmenta, inter carbones ardentes ac extingue ea conjiciendo in fictile*, cujus dimidia pars impleta fuerit *oleo olivarum*, ſed mox id obtege, aliàs enim inflammaretur oleum. Infundantur per horas 10. vel 12. vel donec lateres probè penetrent, oleum poſtea hoc ſepara, latereque oleo imbuto groſsè pulveriſato, inde eum retortæ fictili vel vitreæ lutatæ capaci, ita ut tertia pars vacua ſuperſit: impone hanc fornaci reverberii, eique adaptato magnum excipulum vitreum, luto accuratè agglutinentur commiſſuræ,

& ſub initio exiguum ignem adhibe, ut incaleſcat retorta, huncque pedetentim auge, quouſque vapores egredientes conſpicias: continua in hoc gradu, quouſque nihil ulterius egrediatur, à luto libera commiſſuras, excipulumq; remove, donec in retorta remanſerit omnis later, quem tanquam inutilem abjicito. Oleum quod in recipienti reperies, permiſce *ſufficienti quantitati alterius lateris pulveriſati, probè ſiccati*, ut fiat paſta, ex qua conficies multos globulos retortæ vitreæ indendos. Retorta arenæ imponatur, ipſique amplo excipulo adaptato, lutatiſque commiſſuris, gradatim ignem adhibe, ut rectificetur omne oleum, quod in lagenam effundes ac ſervabis: Vocatur oleum Philoſophorum: ſi quod detur phlegma, ſeparandum id eſt.

Optimum eſt exterius applicatum remedium ad diſcutiendos tumores ſplenis, ad Paralyſim, Aſthma & uteri ſuffocationes. Exhiberi etiam poteſt intus à guttis 2. ad 4. ex vino, aliove convenienti liquore, auribus inſtillantur guttæ aliquot ad flatus in iis contentos. *Vid. corp. ph. p. 139. b.*

## Oleum Antipodagricum *D. Ch. ex Th. Hoffm.*

℞. *Raſur. ligni Guajac. Chinæ, Saſſafras* an. ℔j. deſtilla per retortam optimè lutatam liquorem, oleum Spiritu & phlegmate imprægnatum & in recipiente capaci collectum, ſemel atque iterum per cucurbitam rectifica. Quater rectificatum liquorem, phlegmate per deſtillationem ſimplicem remoto ſepara, & in diſtinctis recipientibus collige tam ſpiritum, quàm oleum. Spiritum phlegmate leni deſtillatione in Cinere abſtracto, ad uſum, bene munitum, & tanquam arcanum in multis affectibus ſumma cum utilitate applicandum, reſerva.

Ole-

Oleum indiget viciſſim diligenti rectificatione, quæ fit per cucurbitam in MB. facta rectificatione ol. in cucurbita remanet fuliginoſa materia indurata, & inſtar ſpeculi recipiens objecta viſibila, niſi hoc fiat, olei rectificatio non ritè facta eſt: ſed denuò repetenda in cinere, & tamdiu continuanda, donec materia remanens in cucurbita indureſcat, & ſpeculi inſtar ſit pellucida & apta ad recipiendam quamvis formam viſibilem. Hoc modo rectificatum oleum collige in cucurbita vitrea & ℥v. adde *Laudani opiati* ℥ij. ʒij. *Olei ligni Guajaci* ℥iij. *Ol. d. ſuccini albi rectific.* ℥vj. Stent in digeſtione per menſes 2. in loco calido vel ſole meridiano poſtea deſtilla in ∴. per 24. horas Oleum Nigr. antipodagricum, quo locus dolens inungendus ante fornacem, ſubito penetrat, & dolorem ſiſtit.

Spiritum ſupra dictum in aqua Card. b. ſcabioſ. Pimpinell. an. ſ. q. ad gutt. x i i. tempore curationis propines. Tempore autem præſervationis una atque altera gutta ſemel in ſeptimana in hauſtu vini aſſumat cubitum iturus, cui ſubjungat olei inunctionem parcâ manu. Vid. corp. ph. p. 140. b.

## Oleum Saponis *ex Th. Hoffm.*

℞. *Spir. vin. ardent. ſaponis opt. trit. ana.* Impone retortæ & deſtilla lento igne, urge ſub finem △em, ut materia egredi poſſit; Ol. ſubruffum innatabit aquæ viridi ab ea ſeparandum, & rectificandum, quod illitum antiquas ſanat convulſiones, contuſiones, tineam, ulcera maligna, Cephalæam, ſi temporibus illinatur. *Vid. corp. ph. p. 140. b.*

## Oleum Saponis.

℞. *Raſuræ ſaponis Veneti* ℔j. *Arenæ mundæ* ℔iij. Mixta ex retorta igne arenæ deſtillentur in oleum, quod cum cineribus rectificetur.

Reſolvit inprimis, & diſſipat frigidos tumores, nec non paralyſi & podagræ conducit. Eſſentiæ tenuitate penetrat, digerit, materiam excrementitiam conſumit. Aurium tinnitui à flatu craſſo, iiſque verminantibus medetur, paralyſi, ſpaſmo Cynico, iſchiadi, gonagræ, podagræ, cæteriſque articulorum affectibus prodeſt, ſplenis tumores ſolvit, &c. Vid. corp. ph. p. 140. b.

## Oleum Saponis Veneti Antipodagricum *Zwelff.*

℞. *Saponis Veneti* ℔j. *Silicum friabilium*, ſcil. qui ignem ferro attriti non emittunt, & cultro raſpari poſſunt ℔ij. vel ℔iij. Mixta & retortæ vitreæ loricatæ immiſſa, deſtillentur per gradus igne aperto, oleum egreſſum empyrevma ſpirans, in alia retorta, cineribus permixtum rectificetur, uſuique adſervetur.

Præſtans eſt oleum antipodagricum, externè membris podagricis & ſummè dolentibus, in initio & vigore paroxyſmi, penna aliquoties illitum, ſiſtit dolorem, & membra à tophis, & contractura podagrica præſervat, nec parti affectæ materiam peccantem impingit, verùm illam ſalſedine ſuâ materiæ morbificæ, nimirum acidæ, è diametro oppoſita, deſtruit, cutem perſpirabilem reddit, ut eò facilius membris inhærens peccans humiditas exhalare poſſit, nec intus detineatur detentaque tandem & exſiccato tophos podagricos efficiat. Vid. corp. ph. p. 141. b.

## Oleum Saturni.

*Sal Saturni cryſtallinum* tere, & in phiala, *affuſo ſpiritu Therebinthinæ*, in arena digere, tincturamque extrahe, ut è floribus ſulfuris fieri ſolet: quam ex retorta igne aperto deſtilla, primò lento igne, quoad Spiritus Therebinthinæ exierit; deinde mutato recipiente, paulatim auge ignem, quoad totum oleum exierit.

Habebis oleum, quod viribus naturale Balſamum antecedit, malignis & exedentibus ulceribus, cancro, polypo, inunctum egregiè medetur. Vid. corp. ph. p. 141. b.

## Oleum Saturni Balſamicum *ex Schræd.*

℞. *Balſamum Saturni Therebinthinatum*, deſtilla per retort. igne nudo gradatim adhibito; Primò ſtillat. ∽ Terebinthinæ, tandem ☍ ♄ Balſamicum ſuſcipe ſeorſim, quod maximarum eſt virium in cancroſis, æſthiomenis & cæteris malignis ulceribus. *Vid. corp. ph. p. 141. b.*

## Oleum Succini *P. A. R.*

℞. *Succini craſsè contuſi* ℔iij. Fiat ex retorta capaci, igne arenæ gradatim adhibito, deſtillatio, vas recipiens cum aqua calida, ut ſal volatile ea ſolvatur, eluatur, quæ per chartam emporeticam prius aqua madefactam ab oleo ſeparetur, & poſt factam ejus exhalationem ſal colligatur. Oleum cum duabus cinerum partibus mixtum ex retorta lento igne rectificetur, oleum limpidum primò extillans ſeorſim aſſervando, alterum verò ſubſequens coloratius aliis uſibus deſtinando. Nonnulli ſummunt *calc. vir.* ⊖*lis* an. M. j. *Succini albi* ℔ij deſtillant per alemb. ex arena, igne leniſſimo appoſito recipiente, ca-

capitello imponunt goſſypium. Vel ℞. *Succini albi* *arenæ* ana q. v. deſtilla ex retorta per aren. primò lento igne, poſt fortiore,& acquires oleum craſſum ſubobſcurum, quod ob ſalis volatilis copiam, ingrati erit odoris, huic ▽m calidam affunde, miſce agitando, ſtent per ♂ ☍ in digeſtione & ſal volatile in aqua ſolvetur, hoc repete aliquoties, uſque ſal volatile omne ſit imbibitum in aqua. Tandem reſtans ol. cum ▽ deſtilla per veſicam cupream,& rectifica ſemel vel bis. Accipies oleum flavum pulcherrimum. Sal volatile ſeorſim rectifica. Si ol. illud craſſius una cum 🜊 ſuper cap. mort. reſtitans rectificetur, oleum deſtillat primò inſtar aquæ limpidum, & quod ſequitur, flavum erit. Vid. corp. ph. p. 142. b.

## Oleum Sulfuris verum S. *Cloſſ. ex Schrœdero.*

*Reſolve* ℥ij. *Sulfur. tuſi* in ℔ß. *Spiritus Tereb. clari*, id quod fiet intra ♂ ſuper ciner. ſolutionem rubentem decanta, alium affunde, digere, ſepara per inclinationem, fœces (quæ erunt perpaucæ) abjice. Tincturas deſtilla △ arenæ lentiſſimo ex magna retorta, donec ferè omnem ∽um Thereb. recuperaveris. Guttulis autem rubris apparentibus mutetur recipiens & △ paulatim augeatur, egredietur oleum coccineum cum fœtore intolerabili, qualis eſt latrinarum, ultimo retorta ferè incandeſcente, ſpiſſum & obſcurè nigricans. Hoc rectifica & ſepara à ∽tu Terebinth. ſuperſtite. Oleum autem vaſe clauſo, digere per menſem in MB. ubi fœtorem deponet, evadetque verus pulmonum Balſamus.

Egregium vulnerarium, etenim introſumptum curat ulcera interna, reſiſtit ſuffocationi matricis, peſti,

peſti,colicæ,catarrhis fluentibus,aſthmati, Empyemati,urinam provocat. Doſis gutt. 3. in ſyr. conven. vel ovi vitello. Vid.corp.ph.p.153.b.

## Oleum ♀ Aureum *Tilemanni.*

℞. *Sulphur. aliquoties liquefact.* & in ▽ effuſ. ℔j. *pumic.* ℔ß. miſc. ut fiat maſſa, ac deſtilla lento igne. (N. ne des ignem inferius, ſed ſupra, & ad latus.) ſub finem auge ignem,& extillat oleum inſtar ☉.

Quod exhibetur utiliſſimè in cachexiis, obſtructionibusque viſcerum, præſervat à peſte. Vid.corp.ph.p. 143.b.

## Oleum Sulfuris rubeum.

℞. *Sulfur.* ℔j. ♆ ℔ij. per retortam pelle. Itidem maximæ eſt utilitatis in bubonibus peſtilentialibus maturandis. *Vid.corp.ph.p.143.b.*

## Oleum Talci deſtillatum *Coſmeticum Hartmanni ex Schrœdero.*

℞. *Talcum calcinatione humida* (cum ✢) *in mucilaginem redactum*,deſtilla per retortam lutat. △ nudo,in excip. capaciſs. Primò prodit acet. deſtill. poſtea oleum album.Hæc ſepara.

N. alii *Talci pollinem cum cochleis ollæ immittunt*, ut talcum devorent,ubi devoraverint,cum teſtis tuſas vitro imponunt, ac ab iis aquam extillant, pro mulierum mangonio.Vires,aceto poſſunt manus ablui, ☋ vero fieri inunctiones. *Vid.corp.ph.p.144.b.*

## Oleum Tartari Spleneticum.

℞. *Olei Tartari* ex cryſtallis vel cremore tartari unica ſolutione parati ſtillati ℔ß. Cui adde *Cineris ſarmentorum vitis* q. ſ. ad maſſam efficiendam, velut ad ſiccitatem reducatur oleum. Et per re-

tortam vitream in arena rectificetur, ſervetur ad uſus externos, quod regioni lienis, in ejusdem obſtructionibus & ſcirrhoſis affectibus illitum ſæpiùs, haud parùm præſtare experientia ſum edoctus. Vid. corp.ph.p.144.b.

## Oleum Terebinthinæ.

℞. *Terebinthinæ pellucidæ*, quantum volueris. Deſtilletur lento igne ex veſica, in cucurbita, vel per retortam, & prodibit, præter phlegma acidulum, primò oleum album, quod Spiritus nomine vulgò donatur, poſtea flavum, & ultimò rubrum, quod fortiori igne erit extrahendum, hæc olea ſeparata reſerva, rubrum in arena poteſt rectificari. *Vid.corp.ph.p.* 144. b.

## Oleum Terræ Strigonienſis *ex Schræd.*

℞. *Terræ Strigonienſ.* ℔j. Affunde *aq. pluvialem deſtill.* colloca in locum temperatè calidum, per menſem vel amplius & oleoſitas à corpore ſponte ſua ſeparabitur, & aquæ innatabit, aquam ſepara per infundibula & oleoſitatem cum part. VI. Spir. vin. deſtilla, & egredietur oleum aurei coloris ∽ ui innatans. Materiam autem inſtar Perlarum albam in fundo relictam eximecum *aq.pluvia*, ſal, ut moris eſt, extrahe, hunc oleo redde, majorumque virium ergò circula, & ex retorta vitrea ex arena deſtilla. Doſis gutt. vj. in vehic. convenienti, in febribus malignis, variolis, calculo. *Vid.corp.ph.p.*144.*b.*

## OLEA EXPRESSA.

## Oleum Amygdalor. amarorum.

℞. *Amygdalorum amarorum ſiccorum*, non tamen rancidorum, à cortice membranoſa mundatorum, quantum

tum voles. Contundas minutiſſimè, poſt ſecundùm artem prælo exprimas.

Primo ordine calidum eſt, in humido & ſicco temperatum, unde calefacit, attenuat, incidit & digerit, aurium tinnitus ac flatus è craſſa & frigida materia ortos diſſipat, auditumque hinc obtuſum reſtaurat, obſtructa aperit. *Vid corp.ph.p.128.b.*

## Oleum Amygdalorum dulcium.

Fit ut oleum Amygdalorum amarorum. Hôc utimur *ad gutturis, faucium, & branchiorum aſperitatem leniendam*, vel per ſe, vel abjecto ſaccharo, præſertim Cantio violato; duritiem omnem ac ſiccitatem articulorum corrigit, cutem erugat, ſcabra & aſpera polit, denſa emollit, phthiſicis & atrophiâ laborantibus ac conſumptis utile, &c. *Vid.corp.ph.p.128.b.*

## Oleum ad calculum expreſſum

℞. *Amygdalar. amararum, Nucleor. perſicorum*, an. ſiccat. & excorticat. ℔j. *Sem. Ceparum, Naſturtii, Thlaſpios, Urticæ*, an. ℥iiij. Ex contuſis omnibus exprimatur lege artis, leni calore, Oleum, quod pellendo calculo, illique comminuendo, ac proprietate ſubſtantiæ reſiſtendo, non parvæ operationis eſt. Doſis ʒß. ad ʒj. & ʒij. Vid.corp.ph.p. 132.b.

## Oleum Carminativum Expreſſum *Zwelff.*

℞. *Amygdalar. amararum excortic.* ℔j. *Sem. Carvi ſiccati* ℥v. *Fœniculi* ℥iß. *Coriandri* ℥j. &, ſi libuerit, *Macis* ʒvj. vel ℥j.

Ex mixtis & contuſis omnibus exprimatur ſ. a. Oleum præſtans; ad flatus diſcutiendos, tollendos, ſedandos, vel internè, ad ʒj. in vehiculo convenienti exhi-

hibitum; vel externè linteolis eo irroratis, & regioni ſtomachi, ac unà umbilici, applicatum. *Vid.corp.ph.p.132.b.*

## Oleum Antepilepticum *Expreſſum.*

℞. *Nucleor. Perſicorum excort.* ℔ß. *Ceraſorum* ℥iiß. *Sem. Pœoniæ excort.* ℥ij. *Bardanæ major. Baſilici* an. ℥j. *Cubebarum, Caryophyll.* an. ℥vj. Ex contuſis & mixtis invicem exprimatur oleum, ſ. a. quod præſtat in affectibus Cerebri frigidis, Epilepſia, Lethargo, non ſolùm inunctione externa temporum, verticis, & nuchæ, verum etiam ab intra receptum, & ori immiſſum. *Vid.corp.ph.p.132.b.*

## Oleum Hyoſcyami.

*Semina Hyoſcyami* contunduntur, torrentur & exprimuntur. *Dioſcorides* ex ſemine Hyoſcyami albi recentis, & ſiccati, aquâ calidâ conſperſo, tritoque hoc oleum parare docuit.

In phlegmone & exulceratione partium pudendarum utriusque ſexus præ reliquis locum habet. *Vid.corp.ph.p.129.b.*

## Oleum Laurinum.

℞. *Baccarum Lauri* recentium electarum maturarum & contritarum quantum voles, Eæ in aqua coquantur, colentur & exprimantur, cui expreſſo, poſtquam refrigeratum fuerit, oleum ſupernatat. Vis ejus calefactoria vehemens, molliens, tenuans, aperiens, diſcutiens, exſiccans, intemperiem omnem partium frigidam ſolam, aut cùm pituita & flatibus ſanat, &c. *Vid.corp.ph.p.129.b.*

## Oleum Nucis Moſchatæ.

℞. *Nuciſtarum optimarum* ℔ij. contunde in mortario, donec ferè in paſtam reducantur eosque incernicu-

lo impone; tege eas tela forti,& fictili vaſi incerniculum patinæ aquâ ſemiplenæ imponito, ignique patinam admoveto,ut aquæ vapor leniter nuciſtas calefaciat,cum manus patinæ admota,ejus calorem attactumve ferre haud poterit, removendum incerniculum,materiaque inverſa,& in linteum effuſa, ejus angulos 4. promptè colligando torculari ſubjicito inter calefactas admodum laminas; patinamque ſupponito, egredietur oleum, quod, dum refrigeſcet,congelabitque,totis viribus materiam,ut omne egrediatur oleum,exprimito, hocque in bene obturata olla aſſervato.

Hoc oleum ſtomachicum eſt valdè, tàm intus ſumptùm, quam extra admotum: exhibetur à granis IV. ad X. ex juſculo aliove convenienti liquore: vulgò oleo maſtichino permiſcetur, quibus ventriculi regionem illinunt. Vid.corp.ph.p.130.b.

## Oleum Nucis Moſchatæ *P. A.*

*Nuces Moſchatæ, radulâ attritæ* aut conciſæ, & diligenter contuſæ,aquæ calidæ vapore irrigantur, ex quibus poſtmodum, dum adhuc calent,Oleum exprimitur.

Ori ventriculi inunctum mirè cum roborat, deglutitum calefacit mediocriter, & anhelitum commendat,illitum veneris tentiginem excitat, ſtomachicis quoque frigida & humida intemperie laborantibus conducit. *Vid.corp.ph.p.130.b.*

## Oleum Seſaminum.

Fit ex *Semine Seſami* eodem modo, quo oleum Papaveris. Olim ex *Alexandria Ægypti Venetias, & inde ad nos comportabatur* ſincerum, adulteratur verò oleo Nucum & Papaveris; Hodie apud nos paratur

ratur ex Seſamo. Clarum eſt & candidum, guſtu in cibis ac dulcedine delicatiſſimum.

Vires habet impinguandi, ſemen genitale augendi, aſperitates & durities leniendi. Vid. corp. ph. p. 131. b.

## Oleum è Vitellis Ovorum.

℞. *Ova recentia* numero centum, coquito, donec penitus indurentur, poſtea vitellos eorum exime, & comminutos aſſa in ſartagine, donec ruffeſcant, & pinguedinem quandam emittant: deinde adhuc ferventes & forti ſacculo incluſos exprime.

Cutis fœditatem mirè aufert, cicatricibus decorem addit, iis præcipuè, quæ in ambuſtis relictæ ſunt, aurium, dentium, ſedis, doloribus ejusque reliquis effectibus convenit, pilos auget, impetiginem, ſerpiginem, & alia cutis vitia eluit, &c. Vid. corp. ph. p. 131. b.

## Oleum Stomachale expreſſum *Zvvelfferi*.

℞. *Amygdalar. amarar. decorticat.* ℔. j. *Sem. Carvi* ℥iij. *Macis, nuc. Moſch. Caryophyllor.* ana ℥ij. Exprimatur ex omnibus, mixtis & contuſis, oleum; quod *præſtat in affectibus ventriculi frigidis*; quem roborat, digeſtionem promovens, & nauſeam, cum vomitibus ſpontaneis compeſcens. Vid. corp. ph. p. 132. b.

## Oxymel Compoſitum *Zvvelff.*

℞. *Cort. rad. mund. & inciſ. apii petroſ. ruſci, fœn. aſparag.* ana ℥ij. *ſem. apii, fœn. petroſ.* an. ℥j. *aceti* ℔iß. *aq.* ℔vj. *mell.* ℔iij. macer. rad. & ſem. in aceto & aq. per 24. h. tum coq. ad 3. p. conſ. col. adde mel. & lento igne coq. F. Oxym.

## Oxymel Diureticum *Hartm.*

℞. *Rad valerian. vincetox. eryng.* an. ℥ß. *ſœn. petroſ.* an. ʒvj. *herb. orig. hyſſop. veron. ſcab. marrub.* an. mj. *ſem. aniſ. ſœn.* an. ʒij. *flor. geniſt. ſamb.* an. Pij. *mell. colat.* ℔ij. *acet. ſcillit.* ℔ß. *aq. font.* ℔ 1 v.m. ac lente bull. ac ſt. in loc. cal. p. 8. d. dein. coq. & expr. F. Oxymel, doſis ab ℥ij. ad vj.

## Oxymel Diureticum *Michaelis.*

℞. *Herb. hed. terr. pariet. ſaxifr.* an. mj. *rad. reſtæ bovis petroſ. frag. vincetox. urtic.* an. ʒij. *ſem. mil. ſol. geniſt. lapp. maj.* an. ʒj. *gran. alkek.* ʒiij. *mell. col.* ℔j. *aceti* ℔ß. *aq. font.* ℔ 1 v. ſt. in inf. & col. adde *fl. cyani calcatr. geniſtæ* an. Pij. M. F. Oxymel.

## Oxymel Diureticum *P. A. V.*

℞. *Mellis deſpumati* ℥xv. *Aceti acerrimi*, *Aquæ fontanæ* ana ℔. ij. *Rad. Raphani recentium* an. ℥j. *fœniculi* ʒx. *Apii, Petroſelini*, *Geniſtæ*, *Aſari*, *Leviſtici* ana ʒiij. *Sem. fœniculi, Petroſelini*, *Aſparagi*, *Ruſci* ana ʒii. *Coriandri præparati, Cumini* an. ℥ß. Coquantur ſecundum artem.

Potenter impeditam urinam & renum calculos propellit. Vid. corp. ph. p. 524. b.

## Oxymel Diureticum *Zvvelff.*

℞. *Rad. recent. Apii*, *Petroſelini, Pimpinellæ*, *Raphani hortenſis, Reſtæ bovis* an. ℥ii. *Herb. recent. cochleariæ, Naſturtii hortenſis, Chærefolii, Rutæ murariæ*, *Cymar. Aſparagi recent.* an. ℥iiß. *Seminum Naſturtii fœniculi, Thlaſpios, Urticæ* an. ℥j. Radices & herbæ inciſæ, ſemina verò conquaſſata immittantur vitro, quibus ſuperaffundantur Aceti vini deſtillati ℔iij. ſerventur in digeſtione loco calido per triduum circiter, factâ poſt colaturâ, cum forti expreſſione, acetum ex-

expreſſum filtratione clarificetur, interimque aſſervetur. Jam verò

℞. *Species ab extractione relictas*: quas *affuſa ſ. q. aqua ſ.* repetitâ vice coque, decoctum colatum & probè clarificatum (cuncta in vaſe terreo peragenda) evaporet ad conſiſtentiam Extracti, ſeu mellis ſpiſſioris, quod denuò cum ſuperiori aceto aſſervato & impraegnato diluatur, & *Mellis puriſſimi craſſioris conſiſtentiæ & vetuſti*, dextere ex favis ſuis, uti ſupra edoctum, extracti, ℔. IV. addatur, ac una vel altera ebullitione fiat Syrupus ſeu Mel diureticum, quod aromatizetur *Elæoſacchari Cinamomi* ℥j.

Movet hoc Oxymel urinam impeditam potenter, renumque calculos & veſicæ atterit, menſesque mulierum propellit: ab uncia una ad unam ß. pro doſi exhibendum. Vid. corp. ph. p. 524. b.

## Oxymel Elleboratum *Londinenſe.*

℞. *Fol. rud. thym. capitat. dict. cret. hyſſ. puleg. marrub. cardb. rad. nard. celt. cort. ſambuc. inter.* an. mj. *calaminth. mont.* Pij. *ſem. aniſ. fœn. ocymi urt. rom. aneth.* an. ʒij. *rad. angelic. ari ſcill. pp. ariſt. rot. long. clemat. turpet. irid. noſtr. coſt. ver. polyp. cort. limon.* an. ℥j. *elleb. nigr. fibrar. eſul. agar.* an. ʒij. *fibrar. integr. rad. elleb. alb.* ℥ß. *Poſca ex aqua & aceto æq.* ℔viij. *ſapæ* ℥ij. dig. & coq. ſ. a. col. adde *mell. roſ.* infuſ. *cort. citri* ad ℥ij. imbuti ℔iß. coq. ad mell. ſpiſſit. condiendo *caryoph. croci Zing. galang. mac.* an. ʒj. ſ. a.

## Oxymel Julianizans *Londinenſe.*

℞. *Cort. rad. capp. rad. irid. fœn. ruſc. petroſ. cich. aſpar. cyper.* an. ℥ß. *herb. ſcolop. ſchœn. tamariſ.* an. miß. *ſem.*

*ſem. fœn.* d. ℥ß. *poſcæ acid.* ℔iij. coq. ad med. col. adde *mell. deſp. ſacch.* ana ℔ß. coq. ſ. a.

Oxymel Pectorale cum agarico de *Spina.*

℞. *Rad. helen. ireos eryng. angel. cal. arom.* ana ℥ß. *herb. botryos c. flor.* mß. *calam. mont. veron. ſcab. hyſſ. marrub.* ana mj. *cardb. puleg. orig. thym.* ana mß. *agar. alb.* ʒvj. inciſ. inf. in *aceti* ℔ij. *aq. veron. cardb.* ana ℥ix. dig. p. 3. d. coq. in vaſe dupl. ex expr. hujus ℔ij. *mell.* opt. ℥ix. coq. iterum lento igne & deſp. ad conſiſt. ſyrupi qui aromatiſetur *zingib.* ʒij. *croci cinam. macis* ana ℈i. in nodul. infuſ. F. oxymel.

Oxymel Pectorale cum agarico *Ettmülleri.*

℞. *Herb. hyſſ. praſſ. orig. cardb. puleg. veron. ſcab.* ana mj. *rad. ir. flor.* ℥i. *ag. alb.* ʒx. *zing.* ʒij. inf. in *aceti* ℔iß. *aq. veron. cardb.* ana ℔ß. dig. p. 3. d. & n. coq. & col. ℔iß. adde *mell. deſp.* ℔i. injice *cinam. caryoph. cubeb.* ana ℈ij. in nod. F. Oxymel.

Oxymel ſcilliticum comp. *Londinenſe.*

℞. *Origan. hyſſop. thym. liguſtic. cardam. min. ſtæch.* ana ʒv. *aq.* ℔iij. coq. ad ℔j. col. adde *mell.* ℔ij. *mell. paſſul.* ℔ß. *ſucc. bryon.* ℥v. *acet. ſcillit.* ℔iß. coq. & deſp. ſ. a.

Oxymel ſimplex *Zvvelfferi.*

℞. *Mellis puriſſimi ſatis craſſi* ad mentem noſtram extracti, & vetuſti libr. duas, *Aceti vini optimi,* ſi lubet, aliqua re gratâ & congruâ, utpote *roſis, floribus tunicæ,* &c. imbuti ℔ij. Paucis ebullitionibus fiat conſiſtentia mellis paulò liquidior, ne illud diu coquere opus ſit, cum illud facilè in liquidiore conſiſtentia conſervetur diu. *Vid. corp. ph. p.* 408. *b.*

Oxymel Scilliticum Meſuæ P. A. R.

℞. *Mellis deſpumati* ℔. iij. *Aceti Scillitici* ℔ ij. Co-

quantur lento igne ad perfectam conſiſtentiam. Ad cerebri, pulmonis, Ventriculi affectus pituitoſos, aut melancholicos, etiam contumaces, utile eſt. Eo utimur in Epilepticorum inſultibus, ipſoque Paroxyſmo, aſthmaticis quoque plurimum confert: Venarum obſtructiones inveteratas reſerat, craſſosque tumores potenter incidit.

Compoſitum fit, ut oxymel compoſitum ex radicibus. Vid. corp. ph. p. 520. b.

## Oxymel Scilliticum *Zuvelfferi.*

℞. *Aceti Scillitici* cum aceto deſtillato parati ℔. ij. *Mellis craſſiſſimi antiqui ſolidioris* ℔. iiß. Paucis ebullitionibus conficiatur Mel debitæ conſiſtentiæ.

In affectibus Pectoris & aſthmaticis à craſſa pituita, & viſcoſa humiditate provenientibus, ventriculo etiam tali humore obſeſſo, maximè conducibile eſt. Hydropicos nec non Anaſarca laborantibus remedio eſt: unum vel duo cochlearia pro doſi ſumenda. *Vid. corp. ph. p. 521. b.*

## Oxyſaccharum Compoſitum *Nicolai Præpoſiti P. A. R.*

℞. *Capillorum Veneris, Aſplenii* ſeu *Ceterach. Scolopendrii* ſeu *linguæ Cervinæ, Lichenis* ſeu *Hepaticæ, Violarum, Polytrichi, Rad. fœniculi, Aſparagi, Ruſci, Graminis*, ana ℥j. *Succi Granatorum acidorum* ℔viiiß. Omnia in Granatorum acidorum ſucco per triduum macerentur, deinde poſt modicam ebullitionem exprimantur & colentur: tandem cum ſacchari ℔iv. ad formam Syrupi ſecundum artem percoquantur. Febribus tertianis nothis, omnibuſque affectibus ex ſanguinis ac bilis fervore & craſſitie natis ſubvenit, jecoris, Lieniſque obſtructionibus

nibus confert, & calefacta viſcera juvat. Vid. corp. ph. p. 507. b.

## Oxyſacchar. *ſive* Syrupus Emeticus *Ang. Sale juxta Zwelff.*

℞. *Pulv. vitri Antimonii* ſine addit. juxta animadverſiones noſtras parati ℥j. *Aceti ſimplicis deſtillati* ℥xx. Stent infuſa ſimul in vitro, die una vel altera, loco calido, ut ferè ferveat acetum, aliquoties tamen infuſionem commovendo, ob vitri ponderoſitatem, quod fundum illicò petit & conglobatur. Poſt adde etiam *Santali rubri raſpati, Roſar. rubear.* ana ℥ß. *Croci Auſtriaci* ʒß. *Zedoariæ, Sem. Angelicæ* ana ʒiß. atque adhuc aliquot horis digere: digeſtione factâ coletur & filtretur acetum, filtrato aceto viribus Antimonii & reliquarum ſpecierum imbuto adde *Sacchari albiſſimi* ℥xx. Et in vaſe terreo vitreato coque ad conſiſtentiam Syrupi, cui pro aromatiſatione odoris & ſaporis gratia: *Oleor. ſtill. Cinamomi* ℈ß. *Zedoariæ, Angelicæ,* ana gutt. v. *Roſarum ver.* guttas vj. *Sacchari pulveriſati* ℥j. prius commixta adde. Fiet Syr. Emeticus juſtæ conſiſtentiæ. Vid. corp. ph. p. 542. b.

## Oxyſaccharum Emeticum *Ludovici.*

℞. *Croci metallorum edulcorati* ʒiij. *Aceti* ℥x. Fiat in loco calido per triduum infuſio, ſæpius agitando; poſtea liquor imprægnatus filtretur, & in eo Sacchari clarificati ultra tabellarum conſiſtentiam cocti ℥x. ſolvantur.

Vires nomini ejus reſpondent. Vid. corp. ph. p. 543. b.

## Oxyſaccharum Emeticum *Minſichti.*

℞. *Croci Metallor. abſinth.* ʒß. *Caſſiæ ligneæ* ʒij. *Lign. Aloes, Rad. Angelic.* ana ʒj. *Roſar. rub.* ʒß. Mixta

infundantur in aceto flor. Tunicæ ℥xv. Stent in infuſione in loco calido per 24. horas, poſtea filtrentur, *Sacchari cand. alb.* tantundem addatur, & ad uſum reponatur.

In dolore capitis, Melancholia, Epilepſia qualicunque, Angina, Peſte, Pleuritide, Tuſſi, Aſthmate, ventr. affect. præſervat. à Podagra, Dyſenteria, morbo Hung. venenis hauſtis, coagulat. ſang. &c. excellens eſt. *Vid. corp. ph. p. 543. b.*

## Oxyſaccharum ſimplex *P. A. V.*

℞. *Succi Granatorum acidorum*, ℥viij. *Aceti* ℥jv. *Sacchari albi* ℔j. Saccharum clarificetur, & cum aceto, ſuccoque Granatorum in Syrupi formam reducatur.

Humori ferventi refrigerando, craſſo autem incidendo, putredini arcendæ, ſiti ſedandæ, nec non viſcerum inflammationi mitigandæ conducit. *Vid. corp. ph. p. 498. b.*

## Oxyſaccharum ſimplex *Zwelfferi.*

℞. *Succi Granatorum acidorum recenter expreſſi* ℔ß. *Aceti vini, roſati* vel *violati* ℥viij. *Sacchari albiſſ. canti* ℔iß. Coquantur in vaſe terreo ad conſiſtentiam Syrupi, cui pro grato odore & ſapore conciliando adde Eſſent. Citri Saccharinæ ex recentibus cort. paratæ ℥iß. Fiat Oxyſaccharum.

Refrigerat & humectat, craſſos humores incidit, ſiti ſedandæ, nec non viſcerum inflammationi mitigandæ conducibile eſt, ab ℥ß. ad ℥j. in aquis vel vehiculis convenientibus. *Vid. corp. ph. p. 498. b.*

# P.

## Pannus Linteus *Crocatus.*

℞. *Crudum ex Cannabe linteum, ablue quinquies vel ſexies in ſpermate ranarum* menſe Martio collecto, & filtra-